AUXILIANTE SUMMO,
PRÆSIDE MAXIMO,
HANC
De

JURE AGGRATIANDI
Vom Begnadigungs Recht

Diſputationem Inauguralem,

Permiſſu & Autoritate

Magnifici, Nobiliſſimi ac Ampliſſimi Jure-conſultorum Ordinis, in perantiqua & illuſtri Tubingenſi Univerſitate,

Patrocinante

Nobili, Ampliſſimo ac Conſultiſſimo Viro,

DN. JOHANNE WURMSERO,

JCto & Profeſſore celeberrimo, Fautore & Patrono ſuo Colendiſſimo,

Pro

LICENTIA,

Ac ſummis in utroque Jure Honoribus & Privilegiis,

IN AULA NOVA

Ad diem IV. Decembris, Horis conſuetis,

Publicæ ac ſolenni diſquiſitioni ſubmittit

ANDREAS Schwartz / Hamburg.
Ph. M.

TUBINGÆ.

M.DC.XLVII.

I. N. D. N. J. C.

THESIS I.

JUS (A) Aggratiandi (B) eſt publica ac legitima poteſtas, reis ſive delinquentibus promeritas (C) criminales (D) pœnas, cum judicio (E) remittendi.

a) Varias hujus vocabuli eſſe ſignificationes, ut notorium, ſufficiat allegare; nulla cum opus ſit demonſtratione. Dubitans adeat *l. pen. & fin. ff. d. juſt. & jur.* & Scotan. *Exam. jurid. tit. d. jur.* Gottfrid. Fibig. *Elect. jur. publ. Semid.* 1. *quæſt.* 1. *numer.* 2. *& ſeqq.* Nobis facultatem, ac poteſtatem, jure competentem, denotat. Sumitur autem in hoc quoque ſignificatu, *tot. tit. Inſt. & ff de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* ut & *in tit. D. & C. d. jur. deliber.* Nec non, quando Majeſtatis propria S. Regalia Dd. jura dicuntur, ac per hoc vocabulum definiuntur.

b) Indolem hujus vocabuli quod concernit; Exiſtimo, hoc verbum eſſe Latino barbarum. Licet enim barbarum ſit; non tamen à barbaris, (ut Romani quidem, eas vocitare nationes ſolent,) ſed è Latio originem ducit. Deductum autem videtur, è præverbio *Ad*, & nomine *Gratia.* Cujus generis verba & nomina, longâ ſerie, videri poſſunt, apud Gerhard. Johann Voſſium *in tractat. ſuo de vitiis ſermon. lib. 3. & 4.* Cæterùm, quamvis

vis uti dictum, hoc verbum, originem Latio debeat: apud nullum tamen reperitur idoneum puri ſermonis auctorem, veteriſque ævi JCtis ignotum fuit, adeò, ut ortu licet latinum; non tamen uſu, tale, hoc verbum fuiſſe, meritò dixeris. Jam autem uſus & forum noſtrum hoc verbum, diu recepit, & paſſim apud JCtos, non contemnendæ authoritatis, reperitur. Enimverò, præter cæteros, hoc verbum, AGGRATIANDI, uſurpant; Magnif. Dn. Carpzov. *tr. Crimin. part. 3. quæſt. 150. n.* 14. *& de L. Regia. cap. 9. ſect.* 11. *num. 23. & ſect* 12. *n.* 1. Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. diſput. 10. de Pœnis. thes. 7. lit. b.* Proſper Farinac. *lib.* 1. *conſil. 46. num. 17. conſil. 93. n. 2. conſil. 3. num. 6.* Gail. *part. 2. quæſt.* 22. *n.* 23. Valent. Winther. *Parthen. Litigios. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 13. Petr. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 23. Conſult. Conſtit. Saxon. *part. 4. qu.* 2. *num.* 23. Nimirum JCti Practici non habent ſtomachum, adeò delicatum, uti Tiberius; de quo, poſt Sueton. *in Tiberio, cap. 71.* Cujac. *in Paratit. C. d. Monopoliis* refert; quod Græcis quoque vocabulis, quaſi barbaris abſtinuerit: adeò ut Monopolium nominaturus, prius veniam poſtulaverit: quod ſibi verbo peregrino, utendum eſſet. Nec nimia ſe religione verbis adſtringunt: illorum inſtar; quos vocamus Ciceroniaſtros; quales cum nihil, niſi in Tullio ſibi lectum, auſint uſurpare, ſæpe coguntur reticere, quæ optimè animo conceperunt: vel ſaltem ridiculè admodum circumſcribunt, quæ unico, veteribus quidem ignoto, attamen neceſſario vocabulo, poterant effari. Voſs. *de vitiis ſermon. L.* 1. *cap.* 7. Indè apud magni nominis JCtos, variæ voces, tàm ab Italis, quàm Gallis & Germanis, mutuatæ paſſim leguntur, ut jus obſtagii; quæ vox detorta ab Italica, *obſtaggio & ſtaggio*, quæ obſidem notat, quem Galli *oſtage aut hoſtage* dicunt. Jus Appanagii; quod à Gallico vocabulo *appanage*;

nage; Provinciam quandam ſecundo aut tertio genito, à Principe delegatam denotat. Chatta Blanca; à Gallico adjectivo, *blanc*; vel Italico *Bianca*. Diffidatio; à verbo Gallico *diffier. je vous diffie.* ego te provoco. Magnif. Dn. Carpzov. *d. tr. crimin. part.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 15. Wehner. *obſerv. pract. voce* Befehden. Inſtrumentum Guarentigiatum; à Guardia, quod Thuſcis & Longobardis, cuſtodiam, & ſecuritatem ſignificat. Ludwell. *in not. M. S. ad Weſenb.* π. *tit. de fid. Inſtrum. vers. niſi ubi illud* Guaranda; à Guerre. Carpzov. *Iurispr. Forens part.* 1. *conſt.* 4. *d.* 1. *num.* 1. Itemque Wergeldum aut Werigeldum, ſive Werigeldus, aut Wiregildus, aut Wirgildus. Germanicè Wehrgeld. Carpzov. *tract. crim. part.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 6. Voſs. *de vitiis Sermon. l.* 2. *c.* 20. Gerada; Wehner. *in obſerv. pract. voce* Gerade Urpheda; Carpzov. *tr. crim. part.* 3. *quæſt.* 127. *num.* 46. Voſs. *d. vitiis Sermon. lib.* 2. *c.* 19. Et ſimiles. Jus Aggratiandi, Germanis dicitur, Gnade erzeigen/ die Straff nachlaſſen/ erlaſſen/ lindern / uti videre eſt ex præjudiciis Dnn. Scabinorum Lipſienſium, apud Dn. Carpz. *tr. crim. part.* 3 *quæſt.* 150. Begnädigen: hinc, Gnad gehet für Recht. Valent. Winther / *Parthen. Litigios. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 31. Unde etiam Principes, quibus hoc jus competit, Gratioſi. Gnädige Herren. Cæterùm, non me adeò liberalem eſſe convenit, illis omnibus, jus hoc Aggratiandi ut tribuam; qui ſibi, hunc titulum Gnädige Herren / vindicant. Enimverò, quin omnes, à Ferdinando II. Imperatore creati, tàm Comites, quorum plus, ſexaginta: quàm Barones, quorum ultra centum, in libello, cui titulus: *Status Regiminis Ferdinandi II.* enumerantur, & vocentur, & vocari velint, Gnädige Herren; nullus dubito: attamen, quis illos omnes hoc jure Aggratiandi gaudere, diceret? Sicuti autem affirmativè: ita negativè quoque ab hocce

titulo, nihil firmiter, concludi poſſe exiſtimamus. Reperiuntur enim nonnulli, qui licet hoc jure gaudeant; Gratioſi tamen, ſeu **Gnädige Herren** / non audiunt: Ut ſunt nobiles immediati, & Civitates nonnullæ Imperiales, &c. uti *ex ſeqq.* patebit.

c) i. e. quæ juſtè infligi poterant. *Venia enim* inquit Seneca, *in fin. libror. d. Clementia. debitæ pœnæ remiſſio eſt.* Quando itaque Infantes, Furioſi, Noctambuli, homicidium committentes, aut aliud admittentes, nec non Homicidæ caſuales, & ſimiles, nulla afficiuntur pœna ſecundum *L. infans. 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. L. Divus. 14. D. de off. Præſid. l. ſed etſi. 5. § 2. D. ad L. Aquil. l. pœna. 9. §. fin. D. de L. Pomp. de Parricid. l. fin. in fin. D. de adminiſtr. tut. l. 3. §. 1. ff. de injur. c. illud. 15. quæſt. 1. Clem un. de homicid.* Carpzov. *tr. crim. part. 3. q. 143. n. 9. & ſeqq. & quæſt. 145. num. 9. & ſeqq. & lib. 4. tit. 8. Reſpons. 61. numer.* 1. Proſper. Farinac. *prax. crim. part. 3. de pœn. temp. quæſt. 92. num. 46. & ſeqq. & qu. 98. num. 62. & ſeqq.* Tiraqu. *de pœnis temperandis. caus. 2. & 5.* Vel quandò ex imbecillitate, abſque proæreſi delinquentibus; ut ebrietate immodica obrutis; de quibus Carpz. *d. tr. crim. p. 3. q.* 145. Farin. *d. tr. q.* 93. Tiraquell. *d tr. caus. 6.* Reinking. *de Regim. Secul. & Eccles. lib. 2. claſ. 1. cap. 8. num. 33. & ſeqq.* Mager. *de Advocat. armata. cap. 17. num. 404. & ſeqq.* decrepita ætate defectis: Carpzov. *d. tr. part. 3. quæſt.* 144. Farinac. *d. q. 92.* Tiraquell. *d. tr. caus. 8.* Animi perturbatione laborantibus; Carpzov. *d. tr. part. 3. quæſt.* 145. juſta ira concitatis, &c. Carpzov. *d. tr. part. 3. quæſt. 147. & decis. 95. num. 13.* aut ob alias cauſas ipſum delictum minuentes; de quibus principaliter agunt. Tiraquell. & Farinac. *in dd. trr. d. pœn. remittendis, & temperandis* pœna mitigatur; ſeu ordinariâ minor, imponitur, illud potius per juſtitiæ viam, quàm vi

hujus

hujus juris Aggratiandi fieri, arbitramur. Enimverò, Magiſtratus, prædictis in caſibus, non tanquam diſpenſator, aliquid remittit, aut lege ſe præbet clementiorem: Sed tanquam legum executor, ut Lex præcipit, punit. Nulla enim Lex, ita in genere loquitur, & in abſtracto, ut non diſtinguat, id quod ultro factum, ab eo, quod invito; quòd ex proæreſi, ab illo, quod ex imbecillitate quadam. Nimirum hæc ſunt, quæ tùm genus, tùm ſpeciem delicti conſtituunt. Hinc Seneca *lib. 6. d. benefic. c. 8. Beneficium*, inquit, *ab injuria diſtinguit, non eventus; ſed animus.* Et Ambroſius *lib. 1. offic. cap. 30. Affectus tuus, nomen imponit, operi tuo: quomodo à te proficiſcitur, ſic æſtimatur.* Sanè aliud eſſe, quod impetu, aut caſu delinquitur; aliud quod conſultò ſivè ex propoſito, diſertis docet verbis, Martianus *in l. perſpiciendum. 11. §. delinquitur. 3. ff. de pæn.* Adſtipulatur Ulpianus, *in l. 5. §. fin. ff. eod.* Et Cicero. 1. *offic. d. injuria*, inquit, *permultum intereſt, utrùm perturbatione aliqua animi; quæ plerumquè brevis eſt, & ad tempus: an conſultò & cogitatò quid fiat; Leviora enim ſunt, quæ repentino aliquo motu accidunt; quàm ea, quæ mediata inferuntur. Neque enim*, ait Ambroſius, *ſi per furorem aliquis innocentem peremerit; obnoxius morti eſt: quin etiam divinæ Legis Oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, refugiique facultatem, ut poſſit evadere. Deuter. 4. vers. 41. & 19. v. 5. & ſeqq.* Nimirum, mala non ſunt; niſi quæ crimine mentem inplicant & conſcientiam ligant. *c. illa cavenda. 15. quæſt. 1. Et c. illud relatum. 15. quæſt. 1.* mens alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Hæc itaque & ſimilia, accuratè examinare, non eſt pœnam legibus ſancitam ac præfinitam reis attemperare, & mitigare: ſed delicta inter ſe diſtinguere, ac æſtimare, ut

ut quid deliquerit reus; & cujus legis pœnæ, obnoxium ſe fecerit, ſciatur; ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur, monente Martiano, *in l. perſpiciendum. 11. ff. de pœn.* Atque hinc intelligimus, quàm malè plurimi confundant, juſtitiæ, & clementiæ viam. Nimirum non diſtinguunt, inter *ἐπιείκειαν*, quæ legem interpretatur, & relaxationem. Hæc legem probabili ex cauſa tollit, vel ejus vim ſuſpendit; illa declarat factum ab initio, mente legis, non fuiſſe comprehenſum. Hugo Grotius *de jur. pac. & belli. lib. 2. cap. 20.* Hæc ad Regalia, ſeu Majeſtatis jura refertur: illa verò ad jurisdictionalia. Mevius *ad jus Lubecenſe lib. 4. tit. 15. artic. 1. num. 20.* ac conſequenter inferioribus quoque Magiſtratibus, merum ſaltem imperium habentibus, eſt permiſſa. Cæterùm antequam ulterius progrediamur; operæ pretium erit, & hoc indicare; jus Aggratiandi, non ad futura; ſed præterita tantùm pertinere delicta. Illorum namque remiſſionem, utpote quæ ad delinquendum invitat, non valere, communis eſt Dd. ſententia. Chriſtin. *in ſuis Comment. in conſuetud. Burgundiæ. rubr. des juſtices & droictz. d'icelles. §. 5. vers. s'il. n'a Grace. n. 193.* Hunn. *Colleg Crim. diſp.* 15. *th. 24.* Petr. Theodor. *Colleg. Crim. diſp. 10. th. 7. lit. b. arg. l. ſi unus. §. illud nulla. ff. de pact. l. 17 pr. ff. commod. l. illud. §. 1. ff. de pact. dotal.*

d) Quanquam autem noſtris moribus, illæ tantum pœnæ propriè criminales (**peinlich**) dicantur, quæ corporis afflictivæ ſunt; ut eſt pœna mortis, fuſtigatio, manus amputatio, &c. **die zu Haut und Haar gehen**: Magn. Dn. Carpzov. *tr crim. part.* 3. *quæſt. 102. num.* 31. *& ſeqq.* Attamen hoc in loco, uti & in jure noſtro civili, omnes pœnæ, tàm corporales, quæ delinquentis corpori infliguntur: quàm pecuniariæ, quæ fiſco ſolvuntur, criminalium, nomine veniunt, uti oſtendit, Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. diſp. 10.*

diſp. 10. thes. 2. lit. d. Hunn. *Coll. Crim. diſp. 6. thes. 5.* Dn. Carpzov. *d. q. 102. n. 28. & ſeqq.* Dn. Ludwell. *ſynops. judic. M. S. cap. 1. per ll. dd. locis alleg.* Reſtringit equidem hoc indulgendi jus, Damhoud. *in prax. crim. c.* 149. *n. 5.* ad capitales, atque corporales pœnas; cæterasque ab eo excludit: Sed ſimpliciter hoc adſerit, nullam verò rationem adjicit. Nos, quin ad has quoque pertineat, nullatenus dubitamus; per rationes infra *th. 4. lit. c.* propoſitas. Civiles itaque tantum, quæ ad privatorum reſpiciunt commodum, & agentibus adjudicantur. Ludwell. *d. l.* Carpzov. *d. l.* Theodor. *d. l.* Hunn. *d. l.* hic excludunt Dd. Haſce enim, cum nemini jus ſuum auferendum, *l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* §. 2. *Inſt. eod.* Principem remittere non poſſe; concludit Chaſſan. *loc. cit. vers. s'il n'a grace. num.* 163. Petr. Theodor. *d. diſput. 10. th. 7. lit. b.* Et laudabiliter Principem facere, qui nec criminales, antequam cum parte læſa facta ſit reconciliatio, remittit, ſcribit Heigius *part. 2. quæſt. 24. n. 18.* Et regulariter offenſæ partis remiſſionem præcedere debere, docet Carpzov. *intr. de L. Regia. c. 9. ſect. 11. n. 6.* Idemque in Mediolanenſi Ducatu obſervari, refert Heig. *d. l.* Nimirum hinc eſt, quod ſummus quoque in Imperio noſtro Princeps invito actore, ſeu offenſo, haut poſſit bannitum abſolvere. **Der Königliche Landfried zu Wormbs /** *de Anno 1495. titul.* **Welche umb Friedbruchs willen in die Acht kommen.** *ibi:* **Und welcher/oder welche/alſo durch Verwirckung/wie vor und nachſtehet/ in die Acht kommen/die ſollen auch von uns darumb nicht abſolvirt werden/dann mit Willen deß Beſchädigten / der oder die / brächten ſich dann mit Recht daraus.** Nec effectum banni ſuſpendere. Gail. 2. *de pac. publ. c. 18. n. 16.* Mynſing. *cent. 5. obs.* 11. Petr. Frid. 1. *de proceſſ. Cam. cap.* 27. Quos ſequitur Limnæus *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. n.* 285. Atque hinc etiam laudat Duces Saxo-

mnari intelligitur. *l. 4. § ult. l. 5. l. 7. §. 3. ff. de his, qui not. infam.* Dn. Georg. Frantzk. *in Comment. Dig. tit. de transact. n. 22. & ſeqq.* Accedit, quod Magiſtratus, privatâ hac transactione non obſtante, adverſus reum, inquiſitoriè poſſit procedere. Carpzov. *tr. crim. part. 3. quæſt. 48. n. 4. & ſeqq.* Transactio enim privatum tantùm concernit intereſſe; hoc verò publicæ exigit diſciplinæ vigor, *l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. ff. de public. & vectigal.* qui privatorum conventionibus haud poterit impediri. *l. 7. §. 14. l. 38. ff. de pact.* Ludwell. *in not. M. S. ad π. ff. tit. de transact. vers. de reliquis criminibus.*

c) Absque enim hoc, non clementiæ virtutem Princeps exerceret: ſed in lenitudinis vitium potius incideret. Lips. *lib. 2. Politic. cap.* 13. Nimirum, ut in aliis rebus, exceſſus plerumque in lubrico; moderatio, in tuto atque in laude poſita eſt. *l. 6. §. 3. ff. de offic. proconſul. l. 33. ff. de uſur.* P. de Caſtro *in l. continuus. 137. § cum ita. 2. ff. de V. O.* Cardinal. Tuſcus *tom. 3. lit. e. conclus. 685.* Ita quoque Principi, media via, hîc incedendum putamus; quæ aliâs quoque ut plurimum judicatur commodiſſima. *l & hos. 41. de hered. Inſtit. §. ult. Inſt. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Eleganter & accommodatè Seneca *d. Clem. 1. 2. 4. Non vulgò ignoſcere decet; ſed adhibenda moderatio eſt, quæ ſanabilia ingenia diſtinguere à deploratis ſciat. Nec promiſcuam habere ac vulgarem clementiam oportet; nec abſciſam.* Nam tàm omnibus ignoſcere, crudelitas eſt; quàm nulli. Laudabilem hanc moderationem obſervarunt cùm laudatiſſimus Princeps Trajanus, cui mitis ſeveritas & minime diſſoluta clementia tribuitur à Plinio, *in Paneg. 80. 1.* tum ex Regibus Hungariæ Bela, qui hoc medio, hoſtes victos fideliſſimos ſibi reddidit, referente Bernegg. *in Tacit. d. moribus German. quæſt. 170.* Cæterùm quid Principi, aliisque hoc jure

 ag-

aggratiandi qui gaudent, inprimis hîc veniat conſiderandum, in ſequentibus exponetur.

II.

Hoc jus, Competit, (A) aut jure proprio: aut beneficio alterius. Jure proprio (B) Imperatori (C) omnibusque illis, qui in quacunque Republica (D) ſummam tenent poteſtatem, ſive majeſtatem. (E)

a) Cùm in ſuperiori theſi, à nobis expoſitum ſit, quale ſit jus Aggratiandi, quod in parte hîc declarandum nobis ſumpſimus: Proximum nunc meritò eſt, ut ſubjiciamus tractationem: Quinam illam poteſtatem habeant & jure exercere poſſint. Si enim quæramus, an venia conceſſa valeat; aut concedenda valere poſſit: primo omnium animadvertere debemus; an is, qui conceſſit, aut concedere debet, hoc veniam concedendi jure gaudeat? *arg. l. ſi quæramus. 4. ff. de teſtam.* Namque Gratia, ſeu delictorum venia, ab eo, cui hoc jus non competit, conceſſa, ipſo jure nulla eſt. *arg. l. 1. §. 2. ff. quod quisque jur. in al. ſtat. & t. t. C. ſi à non compet. jud.* adeò, ut illâ non obſtante, reus iterum accuſari; aut contra illum in proceſſu inquiſitorio procedi queat. Chaſſan. *in ſuis Comment. in Conſuetud. Burg. rubr. des juſtices, & droicts d'icelles. §. 5. vers. du prince. n.* 16. Farin. *prax. cr. lib.* 1. *cons.* 53. *n.* 38. Hinc reum quendam, à Vaſallo per gratiam relaxatum; nihilominus in Ducatu Mediolanenſi, cum gratia collo annexa, ſuſpenſum fuiſſe, refert Farin. *d. l.* 1. *Conſil.* 3. *num.* 1. *& ſeqq.* Heigius 2. *q.* 22. *n.* 18.

b) i. e. Independenter, & non beneficio alterius ſuperioris. Nullum enim ſuperiorem inter homines recogno-

cognoſcunt, ſummam poteſtatem ſcil. Majeſtatem, qui habent,& majeſtatis jura, jure ſuo exercent. Magnif. Dn. Lanſius, *de Lege Regia. th. 47.* Nimirum, ſicut primum id eſt, quo nihil datur prius; & proximum, quod nihil antecedit: *l. 2. §. 2. ff. de ſuis & legitim.* ita illud demum rectè dicetur ſummum, quo ſuperius nihil eſt. Quare ſummæ poteſtatis, ſive Majeſtatis hæc erit natura, ut ſuperiorem, ſine implicatione contradictionis agnoſcere, nullo modo poſſit. Jacob. Lampad. *de Republ. Roman. German. cap. 3. num. 20. in fin.* Qui itaque Majeſtatem in realem & perſonalem dividunt; & perſonalem reali tanquam ſuperiori obſtringi aſſerunt; contradictionem quomodo effugiant, haud videre poſſum. Etenim, ſi Majeſtas eſt ſumma poteſtas, ſicuti omnes, illam diſtinctionem qui approbant, quantum ego animadvertere potui, concedunt: Summa autem poteſtas ea dicatur, quæ præter DEI immortalis poteſtatem, inter homines ſuperiorem non agnoſcit: conſequens certè erit, illos qui Majeſtatem perſonalem reali, tanquam ſuperiori, obſtrictam ſtatuunt, non ſine contradictione, Majeſtatem non Majeſtatem eſſe, affirmare. Quod etiam animadvertit Gottfrid. Fibig. *in Elect. jur. publ. Semid. 7. quæſt. 4. num. 8.* nec non Præcellens Dn. Wolff. Adam Lauterb. *in diſp. ſua ſingulari, de Majeſtate. th.* 33. ibi: Valde itaque miror quod non nemo, *lib. 2. polit. c.* 19. *part.* 613. contradictionem implicare agnoſcit Majeſtatem eſſe, & tamen alteri obſtringi, ſummum aliquid eſſe: & tamen aliquid ſuperius habere; ita namque ſcribit: *In Politicis nihil certius, quam quod ſummum eſt, ſupra id ſuperius nihil poni poſſe, idque vi ſolius primarij principij: non poteſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Ergò, ſi Majeſtas eſt ſumma poteſtas, non poteſt eſſe non ſumma: non ſumma autem eſt, quando ſubjecta eſt. Concluſum itaque eſto, Majeſtatem & qui ea præditus*

eſt, nemini ſubjectum eſſe. Et tamen *capit. ſeq. pag.* 654. Majeſtatem perſonalem, reali ſæpius obſtrictam eſſe fatetur.

c) Et de veteribus quidem Romanorum Imperatoribus; omnimodè populi, omnibusque Regimentis (Loquor cum Aurelio Arcadio Chariſio *in l. 1. ff. de offic. Præf. Prætor.*) Reipublicæ, per L. Regiam ad illos, translatis, omni hoc carere dubio, exiſtimamus. Cui enim tot exempla, tot teſtimonia, in jure noſtro, quæ exſtant, non ſufficerent? *l. 4. in fin. ff. de pæn. l. indulgentiâ. 10. C. de ſentent. paſſ. l. 45. §. 1. de re jud. l. 7. C. de precib. Imp offer. & paſſim.* Verùm mutato Reipublicæ Statu, Majeſtas ſeu ſumma poteſtas, penes ſolum Imperatorem eſſe deſiit; & Status quoque Imperii, & Proceres in ejus conſortium ſunt aſſumpti; adeò ut ſi non plurima; præcipua tamen Majeſtatis jura, absque omnium Statuum aut Electorum conſenſu & aſſenſu, Imperator amplius exercere non poſſit; uti hoc fundamentales Imperii noſtri leges, ac inprimis Imperatorum Capitulationes oſtendunt. Hinc non immeritò quæritur; an hodierni Impp. Jure Aggratiandi gaudeant, illudque absque Statuum aut Electorum conſenſu exercere poſſint? Et hoc eò magis, quod poteſtas contra leges diſpenſandi ejus demum eſſe dicatur, qui ſanciendi, & promulgandi eas facultatem habet. Jam autem in hodierno Imperii Statu, poteſtas Imperio, ejusque ſubditis, leges præſcribendi, ſimul penes Ordines eſt; ut exinde & Statuum quoque conſenſus in concedenda hacce gratiâ, neceſſarius videatur. Verùm hiſce non obſtantibus, adhuc hodie, Imperatorem hoc jure gaudere; nec ad ejus exercitium Ordinum conſenſum eſſe neceſſarium, vero magis conſentaneum videtur. Enimverò, nullibi hæc Aggratiandi poteſtas Imperatori invenitur adempta, nullibi reſtri-

reſtricta: cùm tamen cætera Majeſtatis jura, quæ ſimul penes Imperii Ordines ſunt, aut in Aurea Bulla, aut Capitulationibus Imperatorum, aut aliis Imperii legibus, expreſſa atque definita reperiantur. Accedit, quod Imperatores absque ullius contradictione in hunc usque diem, teſtante experientiâ, à nullo (quod ſciam) in dubium vocatâ, hoc jus exercuerint, & quamvis Imperatores absque Statuum conſenſu leges univerſales nec condere valeant, nec promulgare: quin tamen, jus ſingulare ſeu privilegia, niſi directò τὸ κύϱιον vel ſummam Reipublicæ poteſtatem, utilitatemvè concernant, aut lædant, absque Statuum conſenſu, quotidie concedant Imperatores & hactenus conceſſerint, & infinita exempla & varia Dd. Teſtimonia neminem ſinunt dubitare. Et ſanè illo in caſu, quo maxime Reipublicæ intereſſe verſatur, v. gr. Si de aliquo Imperii Statu, cum cæterorum Statuum Imperii conſenſu proſcripto, aut proſcribendo, reſtituendo aut aggratiando agatur: ſi quis Procerum quoque, aut ad minimum, Electorum requirat conſenſum; illi haud repugnarem; ſed potius adſtipularer, motus Capitulationibus Imperatorum, quæ in omnibus principaliter & directò publicam Imperii utilitatem concernentibus, ſo das Reich betreffen / Electorum, aut omnium Statuum conſenſum, requirere videntur. Facit *l. 3. ff. de rejudic.* Statim autem eo ipſo, dum quis vacante Imperio, in Imperatorem eſt electus, ac omnia PP. EE. privilegia confirmavit, hanc potis eſt exercere poteſtatem. Nec Pontificiam Coronationem, aut ipſius Pontificis requirimus approbationem. Legitimè namq; electum, haud prævia iſtac Papali coronatione, & Imperium adminiſtrare, & privilegia concedere, omniaque Imperii negotia tractare poſſe, ſatis ex ipſa A. B. *cap.* 2. von der Wahl eines Römiſchen Königes / probatur. Nimirum

mirum coronatio nihil novi tribuit; ſed quod antea habuit, declarat. Neque ideò quis Rex eſt, quia coronatur; ſed propterea coronatur, quia eſt Rex. Reink. *d. Regim. Secul. & Eccles. lib.* 1. *claſſ.* 3. *cap.* 8. *n.* 12. Arum. *ad A. B. diſcurs.* 3. *th.* 19. Quod & ſenſit Georg. Sigism. Heldus, quando ſcribit: Darumb ſo weiß ich mich nicht zu berichten / daß durch ſolche Päpſtliche Krönung / einem erwehltem Römiſchen Kayſer / ein weitere Gerechtigkeit / weder er vorhin hat / zuwachſe oder gegeben werde. Möchte wol wahr ſeyn / (wie unſere Rechtsgelehrten darvon ſchreiben /) weil inſonderheit / die Alten / ihrem Chriſtlichen Eyffer nach / gerne alle groſſe Dinge mit GOTT dem HErrn angefangen; ſo hat ein Römiſcher Kayſer / als daß Obriſte Weltliche Haupt / wollen geſalbet ſeyn / und conſecrirt werden. *In conſil. ad Imp. Ferdin. I.* Von Ihr Kayſ. Maj. Wahl und Hoheit. Quare & Fridericus I. Imperator ad Principes Imperii ſic reſcribit: *Cum per electionem Principum, à ſolo DEO, Regnum & Imperium noſtrum ſit; cumque Petrus Apoſtolus, hâc doctrinâ mundum informaverit; DEUM timete; Regem honorificate, quicunque nos Imperialem Coronam, pro beneficio à Domino Papa ſuſcepiſſe dixerit, divinæ inſtitutioni, & doctrinæ Petri contrarius eſt & mendacy reus erit.* Et Rudolphus I. Imperator, *non ibo Romam*, inquit, *Rex ſum; Imperator ſum: Nec minus pro utilitate Reipublicæ me facturum confido, quam ſi Romæ fuiſſem coronatus*, apud Melch. Goldaſt. *tom.* 1. *Conſt. p.* 311. Unde præter Rudolphum hunc, nec Ferdinandus I. nec Maximilianus II. nec Rudolphus II. nec Matthias, nec Ferdinandus II. omnes memoriæ glorioſiſſimæ, nec jam Imperans Ferdinand III. Sacratiſſimus Imperator, à Papa unquam Coronationem petierunt, cum tamen pleno jure, omnes Poteſtatem Imperialem obtinuerint. Matth. Steph. *de jurisd. Imp. Rom. lib.* 2. *part.* 1. *num.* 143. Henric. Höpfner. *in Sax. Evangel.*

contra

contra Cutſem. ſect. 2. part. 3. cap. 4. p. 312. Hinc ſpeciali conſtitutione, omnium Statuum conſenſu deſuper facta, eſt ſancitum; Electum ſtatim poſt electionem legitimum Imperatorem cenſendum, & nominandum eſſe, conſtitutâ ſimul, læſæ Majeſtatis pœnâ, in eos, qui id negare auſi fuerint. Goldaſt. *tom.* 3. *Conſt. Imp. p.* 41. Matth. Stephani *de jurisd. lib. 2. p. 1. c. 1. n.* 124. Buxtorff. *ad A. B. cap. 2. th.* 38. Quanquam autem non vacante ſolùm Imperio, aut Imperatore jam demortuo; ſed illo vitam & ſpiritum adhuc ducente, & Imperante, Rex Romanorum quandoque eligatur. Quod conſentiente Imperatore, imò & nonnunquam eo invito, fieri poſſe, non ſolùm Conſuetudo, optima LL. Interpres, verùm & Capitulationes Imperatorum probant. *Capitul.* Ferdinandi III. *art.* Vnd inſonderheit ſollen und wollen wir. 38. *in fin.* ibi: Die Churfürſten ihre Nachkommen und Erben/ zu jeglicher Zeit/ bey ihrer freyen Wahl/ eines Römiſchen Königs/ dieſelbe/ ſo offt ſie es einem Kayſer zu behülff/ oder ſonſt dem Heiligen Reich nothwendig/ und nutzlich befinden/ auch bey Lebzeiten/ eines Römiſchen Kayſers/ mit/ oder wann derſelbe/ auff angelegter Bitte der Churfürſten/ ohne gnugſame erhebliche Vrſachen/ verweigert werden ſolte/ ohne eines regierenden Kayſers Bewilligung vorzunehmen/ ꝛc. Hocque pluribus confirmat Buxtorff. *ad A. B. cap. 1. th. 12. lit. b. c.* Arumnæus *vol. 1. d. jur. publ. diſc. 4. & 5. & ad A. B. diſc. 3. th.* 12. 13. Magnif. Dn. Carpzov. *de L. Reg. cap. 11. ſect. 3. num. 13. & ſeqq.* Ampliſs. & Conſultiſs. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ. 2. quæſt. 9.* Limnæ. *de jur. publ. tom. 1. lib. 2. c.* 15. Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. claſs. 3. cap. 14. num.* 25. Non tamen Rex Romanorum Imperatore lucis uſurâ adhuc fruente, electus, hanc Aggratiandi poteſtatem habere videtur. Etenim, nondum Regni adminiſtratio ipſi eſt commiſſa. Reinking. *d. cap. 14. num.* 46. Quod ſatis pro-

C bat

firmant, Civitates Imperiales apud Sleidan. *lib. 8.* Reſpondentes: *Abſente Imperatore rei ſummam quidem ad Ferdinandum Regem Romanorum venire; ſed tanquam loco & nomine Cæſaris.* Idemque Elector Saxoniæ ibidem dicit. Cæterùm cum ab Imperatoribus vacante Imperio, ob moram longiorem, quæ in novo eligendo Imperatore nonnunquam intercedebat, & ne tempore interregni Reſp. adinſtar navis, Rectore deſtituta, detrimenti quid patiatur: ad certos Vicarios, cura Regni ſaluberrimè, ſit delata; Comitem nimirum Palatinum Rheni, & Ducem Saxoniæ Electores. A. B. *cap. 5.* Petr. de Andlo, *de Imp. Roman. lib. 2. cap. 10.* Albert. Krantz, *in Saxon. lib. 9. cap. 15.* Gerlac. Buxtorff. *ad A. B. conclus. 56. lit. B.* Et illos hoc jus Aggratiandi habere, rectè dicitur. Poteſtas namque illorum in non prohibitis & ſpecialiter exceptis, cum poteſtate ipſius Imperatoris, ferè eſt æqualis; adeò, ut quoties Sacrum vacare contingat Imperium, illi, omnia Imperatoris jura, in A. B. quamvis non expreſſa; modo non ſpecialiter inveniantur, prohibita, exercere queant. Buxtorff. *ad A. B. cap. 5. th. 71.* Arum. *ad A. B. diſcuſſ. 5. th. 7.* Carpzov. *de L. Regia. cap. 11. ſect. 15. n. 1. & 26, & ſeqq.* Et in ſpecie ea quoque, quæ Dd. Gratioſa dicuntur. Buxtorff. *ad d. c. 5. th. 73.*

d) Etenim, quamvis nonnulli Politicorum ſoli Imperatori & Regibus, Majeſtatem adſcribendam eſſe autument, uti videre eſt apud Chriſtoph. Matth. *lib 3. Syſt. Polit. Exerc. 2. Sect. 6.* Alii verò ſoli Imperatori, Regibus excluſis, ſeu propriè & ſtrictè loquendo, Majeſtatem attribuant, Reinking. *d. R. S. & Eccl. lib. 1. claſſ. 3. cap. 11. n 9. & ſeqq.* Utraque tamen ſententia, calculum noſtrum haud meretur: Sed in omni perfectâ Republica dari Majeſtatem, & in quacunque civitate eſt ἀρχὴ κυρία πάντων, ſeu quod idem eſt, Majeſtas, ibi perfectam Rempu-

blicam eſſe; ac proinde omnes quoque civitates, ſuperiorem non recognoſcentes, Majeſtatem propriè ita dictam habere, adſerere non dubitamus. Videatur Ariſtoteles *4. Polit. 4. & lib. 3. Pol. c. 6.* Dn. Martin. *lib. 2. Polit. cap. 11. p. 524.* nec non *Diſput. ſingularis de Majeſtate* Dn. Wolff. Adami Lauterbachii, competitoris, contubernalis & amici mei exoptatiſſimi, *thes. 37. & ſeqq.* ubi hæc omnia eleganter & diſertè explicantur. Et hoc etiamſi minima fuerit civitas, cum Magnif. Dn. Lanſio, *de L. Regia, thes. 49. & de Religionis cura, th. 1. lit. d.* procedere exiſtimamus. Nec enim locorum amplitudo, nec provinciarum multitudo, ad ſummæ Poteſtatis, ſeu Majeſtatis eſſentiam, quicquam facit. Immò ſive multis quis imperet civitatibus, ſive paucis, aut etiam uni, perinde ipſi Majeſtas competit, liberè modò imperet. Neque ex eo quod nonnullæ Respublicæ, Majeſtatis titulum ſibi non vindicant; aut quod in Receſſibus Imperii, non Majeſtatis, ſed Regiæ ſaltem dignitatis titulus, Regibus attribuatur. **R. A. zu Regenſpurg** *de Anno 1527.* **und als die Wohlgebohrne/** *item* **die Königliche Würde von Engelland.** *&* §. **und als auff gehaltenen Tag die Königliche Würde in Hiſpanien/** & paſſim, certi quid concludi poteſt. Vis enim Majeſtatis, non in nomine, ac nudo titulo; ſed ipsâ poſita eſt poteſtate Ampliſs. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ. 3. q. 2.*

e) Regalibus enim ſeu Majeſtatis juribus, hæc reis pœnarum veniam indulgendi poteſtas, rectè annumeratur. Dn. Lanſius *de L. Regia, th. 105.* Dn. Carpzov. *de L. Reg cap. 9. ſect. 11. n. 23. & ſect. 12. n. 3.* Beſold *claſs. 1. diſp. Polit. 3. th. 14.* Heig. *p. 2. q. 22. num. 6.* Card. Thuſc. *pract. conc. lit. p. conclus. 695. n. 1.* Mevius *de jure Lubecenſi, lib. 4. tit. 15. art. 1. n. 5.* Clut. Syllog. *rer. quotid. th. 8. lit. g.* Nam quemadmodum Leges condere, ſolo dignum eſt Imperio;

rio;

rio; *l. fin. §.* 1. *C. de LL.* ac proinde Leges condendi facultas, præcipuum Majeſtatis jus eſſe cenſetur: ita legibus, delicta certo pœnarum genere punientibus, derogare; æque ad Majeſtatis jura recte refertur. Conrad & Bened. Carpzov. *apud Arumæ. de jur. publ. vol.* 3. *diſc.* 15. *th.* 13. Ex uno namque eodemque fundamento, & leges ferendi poteſtas, & de illis diſpenſandi, provenit facultas. Molin. *de juſt. & jur. tom.* 6. *c.* 57. 1. 2. Hinc nihil verius, nihilque juſtius eſſe, quam pœnarum remiſſionem, ſoli Principi ſupremo competere, ſcribit Heigius 2. *q.* 22. *n.* 6. Nimirum, cum gratioſiſſima ſint beneficia; pœnæ contra odioſiſſimæ, quo Princeps omnem à ſe acerbitatis, ac truculentiæ amoveat ſuſpicionem; benignitatis & clementiæ conſequatur laudem, & amorem ſubditorum ſibi conciliet; omnia ipſum beneficia tribuere, ac concedere convenit. Dn. Chriſtoph. Forſtner. *in not. ad libr.* 2. *annal. Tacit. vers. ita moderans, ne lenire, neve aſperare crimen videretur.* Quo & referendum eſt Thomæ Campanellæ *(libr.* 9. *de Monarch. Hiſpanica)* conſilium: judicium eſſe inſtituendum, quod ipſe Gratiæ Tribunal vocat, ad quod appellare liceat, ad mortem condemnatis: idque conſtare debere, ex ipſo Rege, ejusque conjuge, atque primogenito, & præcipuo religionis antiſtite. Cui tamen conſilio, hanc adjiciendam eſſe cautelam, arbitratur Dn. Forſtner. *d. l.* ne cujusquam appellatio recipiatur, niſi cujus tale delictum eſt, cui ignoſci poſſit. Atque in tantum hæc pœnarum Gratia, ad ſummum ſpectat Principem; ut etiam Carolus V. Imperator, Senatui Mediolanenſi licet poteſtatem ferè conceſſerit Regiam: delictorum tamen veniam largiri, aut literas Salvi conductus criminum reis dare, peculiariter exceperit; & ſuæ Majeſtati reſervavit. Bodin *de Republ. lib.* 1. *c.* 8. & 10. Beſold *lib.* 1. *Polit. c.* 4. *§.* 4. Carpzov. *tr. crim. part.* 3. *q.* 150. *n.* 13. Similiter, nec

Regis matri ſine majeſtatis imminutione, hoc jus concedi poſſe, in Curia Lutetiana judicatum fuiſſe, refert Bodin. *lib.* 1. *de Republ. c.* 10. *n.* 164. Renat. Choppin. *de Doman. Franc. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 11. Quò & Tiberius reſpexiſſe videtur, qui referente Carpzov. *d. l. ex lib.* 3 *annal. Tac.* aſyla ſuſtulit, ut gratia ſervatorum, ſolis Principibus accepta referretur. Hinc in Regnis quoque Hiſpaniarum & Neapolitano, inferioribus à Rege, hanc poteſtatem non competere, ſcribit Reinking. *de R. S. & Eccl. lib.* 1. *claſſ.* 5 *c.* 6. *n.* 29. Proſp. Farinac. *in pract. crim. tit. de inquiſit. q.* 6. *n.* 2. Et apud Venetos, nulli Magiſtratui, ac ne Duci quidem, jus eſſe reſtituere damnatos, ſed Toti Senatui, quem appellant *Conſilio majore* hoc relictum eſſe, refert Hunnius *in Coll. cr. diſp.* 10. *th* 20. Ant. Clapm. *lib* 1. *de jure Imperij. c.* 17. & Lancellotus *in templo omnium judicum. l.* 1. *c.* 1. § 4. *verb. damnatos reſtituit.* Cæterùm cum hîc de ſumma Rerumpublicarum poteſtate ac ejus juribus agamus; metuendum ſanè nobis eſſet, à graviſſimo Antonii Poſſevini judicio, quo in ſua, de Bodini ſcriptis cautione; inter alia, Bodinum quoque carpit: ſi una cum Bodino, inſigniſſimas ſcilicet notas, quibus Pontificis Maximi eminere dicitur Poteſtas, prætermitteremus. Quo circa ne & nos, in hanc Poſſevini incidamus reprehenſionem, rem in pauciſſima conferentes, Pontificem ut cætera Majeſtatis jura, ita & hoc ſibi vindicare illudque exercere aſſerimus. Conrad. & Bened. Carpz *apud Arumæ. vol.* 3 *diſc.* 15. *th.* 108. *in fin.* Quo autem jure & alia Regalia, & jus Aggratiandi, Papa uſurpet, quamvis de eo ampliſſimus dicendi hîc ſeſe offerat campus: actum tamen agere, & rei ab aliis ſatis deductæ, ac explicatæ, longum hac vice nolumus immorari, illud tantum audacter affirmantes: Soli Pontifici, ſi ipſi competit Majeſtas, Majeſtatem non ita eſſe propriam, ut ſicut annulo flavo à cæteris diſcrimi-

nantur

nantur Judæi: Admodum Reverendus Dn. D. Johannes Müller *in ſuo judaiſmo. part.* 2. *c.* 1. *p.* 1393. Ita Pontifex à cæteris imperantibus Majeſtatem habentibus, per eam diſcernatur. Videri poteſt Frid. Hortled. von Urſachen deß Teutſchen Krieges/*t.* 1. *c.* 47. *p.* 513. *vers.* und was darffs viel diſputirens. Zieriz. *de princ. inter ipſos dign. prærogativa.* Author deß Bienen-Korbs. *p.* 2. *c.* 10. §. 142. qui à Dnn. Conrad. & Bened. Carpz. *d. diſc. th.* 109. allegatur; quod ſc. Papicolæ, Pontifici jura Majeſtatis, jure tributa adſerant; frivolis argumentis & latis conſequentiis: ut in ſimili. Es ſtehet dort geſchrieben: ey wie ſchön und lieblich ſeynd die Füſſe deren / die den Frieden und das Gute verkündigen. Ergo müſſen die Füſſe und die Bein deß Papſts zu Rom mit ſchönen verguldeten Pantoffeln / und mit köſtlichen Hoſen gezieret ſeyn / 2c.

III.

Alterius beneficio, hanc poteſtatem habent; quibus, ab eo, penes quem in Republicà, ſumma poteſtas, tacitè (A) vel expreſsè (B) eſt conceſſa: (C) ut in noſtro Imperio, vi ſuperioritatis territorialis (D) Status (E) ſive Ordines Imperii: ſive ſint primæ, (F) ſive ſecundæ, (G) ſive tertiæ claſſis. (H).

a) Per præſcriptionem temporis, cujus origo memoriam exceſſit, vel cujus initii memoria non exſtat. Hujus namque temporis præſcriptione, quæ privilegii, ac expreſſæ conceſſionis vim habet, *l.* 2. §. *f. de ag. pluv. arcend. l.* 3. §. 4. *de aq. quot. & æſtiv.* Regalia acquiruntur. *c. ſuper*

qui-

quibusdam. 26. §. præterea. X. de V. S. Reichs Abſchied zu Augſpurg de Anno 1544. §. und ſoll unſer. junct. §. ſeq. wann auch ein außgezogener/ibi: daß er kein Menſchen Gedächtnüß / d. §. wo aber innerhalb Menſchen Gedencken. Bocer. de Regal. c. 4. Gail. 1. obſerv 11. n. 15. & lib. 1. de P. P. c. 6. n. 11. Carpzov. in jurispr. forens. part. 2. conſt. 53. def. 1. n. 13. Arumæ. diſp. Feudal. 4. th. 21. Conrad. & Benedict. Carpzov. apud Arumæ. vol. 3. diſp. 15. th. 121. Quam ſententiam communem eſſe, teſtatur Bocer. d. l. Joh. Ruding. lib. 4. obſerv. 27. num. 4. Adeò ut non tantum, variarum curiarum deciſionibus; Cravett. de antiq. temp. p. 4. § expreſſio. n. 73. ubi longam ſeriem Dd. qui idem tenent, recenſet, ſed & in Camerâ Imperiali, non ſemel, ſit approbata. Regner. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. n. 144. In foro quoque Saxonico eandem obtinere ſententiam; probat Georg. Schultz. ſynops. Inſtit. tit. de 1. N. G. & 10. lit. d. & ſynops. feudal. c. 7. n. 30. & exinde pateſcit, quod ſecundum hanc ſententiam, & Dicaſterium Witterbergenſe reſpondiſſe, referat Zangerus tr. de Except. part. 3. c. 8. n. 65. Dominos Scabinos Lipſienſes, in judicando, eam obſervâſſe, teſtetur Carpzov. part. 2. Conſt. 3. def. 24. in fin. Quod autem in ſpecie, ad hujus Aggratiandi, juris præſcriptionem, curſus temporis immemorialis requiratur, ſatis ſuperque demonſtrat Farinac. prax. crim. part. 4. lib. 1. conſil. 3. n 7. Cæterùm quodnam temporis ſpatium, hoc immemoriali tempore proprie denotetur; inter Dd. haud convenit. Sunt, qui ad illud probandum, centum annorum requirunt probationem: Guido Papa quæſt. 75. & alij. Verum cum hi, centum annorum, & temporis immemorialis præſcriptionem, confundant: nos autem ex Hugone Grotio de jure pac. & belli lib. 2. cap. 4. n. 7. rectius ſimus edocti; non planè idem eſſe; ſed inter ſe quadantenus differre; tempus memoriam excedens; &

cen-

centenarium: idcircò à parte Grotii ſtantes; illorum ſententiæ ſubſcribere haud valemus. Enimverò in centenaria præſcriptione, centum anni neceſſariò veniunt probandi; nihilque refert, de tempore, quò & quando, quid initium ceperit, conſtet; an non. At, in præſcriptione immemoriali, nec ſemper ſufficiunt, nec neceſſarii ſemper ſunt centum anni. Accidit nimirum quandoque; ut memoria ab octoginta, aut nonaginta terminetur annis. Carpzov. *part.* 1. *Conſt. 16. def. 74. n. 13.* Et licet, rei veritate inſpectâ, minus centum annis ſpatium ſit præterlapſum, modo de facto, & rei initio nulla extet, memoria, teſteſque ſecundum Labeonem *in l. 28. ff. de probat.* deponant; nec ſe vidiſſe cum id opus fieret; nec ex eis audiviſſe, qui vidiſſent, aut audiviſſent; præſcriptionem tamen, eo in caſu impletam eſſe, indubiè aſſerimus. Hinc in præſcriptione immemoriali, articuli probatorii, ita vulgo, concipi ſolent, ac formari. Wahr und Zeugen wiſſend / daß Zeugenführer / und ſeine Vorfahren / vor 10. 20. 30. 40. 50. 60. und mehr Jahren / weit über Menſchen Gedencken / ꝛc. Zum Andern / wahr und Zeugen wiſſend / daß ſie es nicht allein für ihre Perſon / alſo geſehen / ſondern auch von ihren Eltern und andern ſolches alſo gehöret / und nie anders erfahren / noch gehöret haben / auch niemand ſeithero anders gedencket: Joh. Schneidew. *in tit. Inſt. de uſucap. rubr. de ſpec. præſcript. n. 37.* Coler. *ad c. cum nobis. n. 23. & ſeqq. X. de præſcript.* Dn. Carpzov. *part. 2. Conſt. 1. def. 7. num. 7.* Contra verò etiamſi centum quis probaret annos; de operis tamen initio, memoria adhuc extaret, illos ad hanc præſcriptionem haud ſufficere, exiſtimamus. Requiruntur namque hîc omnia, *ex l. 28. de probat. ante à nobis allegata* Carpzov. *d. def. 74.* Stephan. *de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 157. & ſeqq.* Ex his ſatis liquere arbitramur quid Doctoribus appellatione tempo-

ris immemorialis veniat. Quibus & hoc allubeſcit annectere; inveniri nonnullos, qui inſpecto moderno breviori vitæ hominum termino, tempus, ſeptuaginta, excedens annos, immemoriale dici; immò hoc tempus ad quadraginta annos reſtringendum eſſe, exiſtimant, uti videre eſt apud Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 5. *c.* 2. *num.* 43. Cæterùm in facti quæſtione verſamur; quæ certa ac ubiq; valente regula, haud commodè poterit definiri. *l.* 32 *ff. de uſur.* Prudentis igitur, judicis arbitrio, in caſibus emergentibus, pro rerum ac circumſtantiarum diverſitate, hoc æſtimandum committimus.

b) Duobus enim hiſce modis, Regalia concedi ſolent. *c. ſuper quibusdam. X. de V. S.* Bocer. *tr. de Regal. cap.* 4. *num.* 1. Georg. Schultz *Synops. feudal. cap.* 7. *n.* 16. Arumæ. *diſp. feud.* 4. *th.* 21. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 7. An verò hoc jus Aggratiandi conceſſum quoque videatur; ſi Majeſtatem habens alicui Regalia generaliter concederet; his verbis: concedo tibi in hac Urbe Regalia. Item, ſi certas ſpecies exprimeret, generali clauſula cum omnibus & quibuscunque aliis ſubjectâ. Vel ſi de Ducatu, Marchionatu, aut Comitatu, ſimpliciter; aut hac adjecta clauſula, cum omni jure, aut omnibus pertinentiis; Mit allen Nutzungen / Zu- und Angehörungen an Zinſen / Gülten / Renten / Jährlichen Einkommen / Gerecht und Rechten / aliquem inveſtiret. Satis cognoſci poterit, ex iis, quæ tradit Bocer. *in tr. de Regal. cap.* 4. *num.* 3. 4. 5. 8. & Georg. Schultz *Synops. feudal. cap.* 7. *num.* 19. *& ſeqq.* Illud certiſſimum eſt, conceſſo alicui Caſtro, Urbe, aut Provincia, cum omni jurisdictione, mixto & mero Imperio, hoc jus Aggratiandi conceſſum haud cenſeri. Etenim ad Regalia, quæ dicta conceſſio in ſe non comprehendit: Bocer. *d. tr. de Regal. cap.* 4. *num.* 13. Georg. Schultz *Synops. feudal. cap.* 7. *num.* 23. non verò ad jurisdictio-

dictionalia, hoc jus Aggratiandi pertinere, ex hactenus adductis, & ſeqq. ſatis arbitramur patere.

c) Majeſtatis jura, communicari, aliis ac concedi poſſe; & experientia, & omnium Rerum Publicarum, confirmat obſervantia. Immò hoc adeo verùm eſſe; ut negans, criminis læſæ Majeſtatis ſe reum faciat, Sixtin. *de Regal. lib. 1. c. 5. n. 2.* Anton. Coler. *de jur. Imp. German. ſect. 4. n. 42. & 43.* Bocer. *de Regal. c. 4.* & alii affirmant. Sic olim quoque Præfecto Prætorio, Extrema provocatio communicata legitur. *l. un. §. 1. ff. de off. Præfect. Prætor. l. à Proconſulibus. 19. C. de appell. l. unic. C. de ſentent. Præfect. Prætor.* Et cum tali conceſſione, Majeſtatem illibatam ſtare poſſe, haud dubitationem recipit; modò illa non in abdicationem degeneret. Etenim quomodo ſumma imminuatur poteſtas, ſi alicui cudendæ monetæ; Nobiles creandi; privilegia concedendi, & alia concedatur poteſtas: ut tamen ſupremam, concedens ſibi reſervet recognitionem, haud valeo percipere. Imò conceſſio jurium Majeſtatis, tantùm abeſt, ut Majeſtatem diminuat; ut potius eandem amplificet. Id quod apprimè confirmant, verè regia Friderici Imperatoris verba; quibus non tantum ipſum crebrius, ſed & poſtea in diplomate collatæ principalis dignitatis, Bertholdo, Hennebergico Comiti, Henricum Septimum Imperatorem uſum fuiſſe; refert Kirch. *de Republ. diſp. 2. th. 4.* verba ſic habent: *Tantò laudabilius Imperiale Sceptrum extollitur; de cujus Throni fulgore, velut ex ſolis radiis prodeunt dignitates; Tantoq; magis Princeps, in commiſſi regiminis ſollicitudinibus relevatur; quantò tribunal ipſius, perſonas, in circuitu circumſpicit digniores; & Regalibus ornatiores.* Spangenb. *in Chron. Henneb.* Nimirum omnis vis, omne decus, omnis Regalium ſplendor, unde emanavit, redit; & ad dignitatis omnis fontem, ac caput, ſupremam reflectitur poteſtatem.

 d) Pro-

d) Proceres & Status Imperii noſtri, in conſortes Regiminis, & ſuffragatores in Comitiis eſſe aſſumptos; indicavimus ſuperiùs. Cæterùm in hoc non ſubſiſtendum, ſed eos inſuper, in ditionibus ſuis, ac Provinciis, jus ſuperioritatis ſeu territoriale, die Lands-Fürſtliche/ ſeu Lands-Hohe Obrigkeit/ tenere atque poſſidere omnino aſſerendum. Etenim eo ipſo dum in numerum Ordinum Imperii, quis cooptatur, ſtatim hoc territoriale jus conſequitur, teſte Ampliſſimo Dn. Præſide *Exerc. jur. publ. 3. quæſt.* 17. Beſold. *de Civitat. German. part* 1. *c.* 6. *th.* 18. Huic autem juri territoriali, non jurisdictionalia tantum inſunt; merum ſcil. & mixtum imperium, ſeu ſecundum hodiernum jus conſuetudinarium & ſuperior jurisdictio, & inferior: Sed multa quoque Majeſtatis, jura ſeu Regalia, quæ in ipſa Imperatoris Capitulatione, non Electoribus ſolùm, ſed cæteris quoque Principibus, ac Statibus, confirmantur, uti videre licet in *Capitulatione* Imp. Caroli V. Ferdinandi I. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. Ferdinandi III. *artic.* 3. ibi: und in allewege/ ſollen und wollen wir/ die Teutſche Nation/ das Heilige Römiſche Reich/ und die Churfürſten/ als die förderſten Glieder deſſelben/ auch andere Fürſten/ Grafen/ Herren/ und Stände/ bey ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ jeden nach ſeinem Stand und Weſen bleiben laſſen/ ohne unſer und männiglichs Eintrag/ und Verhinderung/ und ihnen/ darzu ihre Regalien/ und Obrigkeiten/ ꝛc. ohne alle Weigerung confirmiren und beſtättigen/ ꝛc. Quanquam autem nonnulla, Imperatori inſignum ſupremæ eminentiæ ſint reſervata: Quin tamen, hoc pœnas remittendi, ſeu Aggratiandi jus, ſuperioritatis ſeu territoriali juri cohæreat, & omnibus, jus territoriale habentibus, competat, nullus dubito; atteſtantibus hoc Reinking. *de R. S. & E.*

lib. 1.

lib. 1. *claſſ.* 5. *c.* 6. *num.* 27. *& ſeqq. & num.* 205. Thom. Michaël. *de jurisdict. conclus.* 47. *lit. b.* Petr. Theodor. *Colleg. Crim. diſp.* 10. *th.* 7. *lit. b.* Dn. Carpzov. *tr. Crim. part* 3. *quaſt.* 150. *num.* 19. *& ſeqq. & in tr. de L. Regia. c.* 9. *ſect.* 11. *num.* 24. Anton Coler. *de jure Imperij*, *th.* 40. Bodin. *de Republ. lib.* 1. *cap.* 10. Knich. *de jure territor. cap.* 3. *n.* 244. Petr. Weſemb. *conſil.* 18. *&* 23. *in pr.* Hunn. *Colleg. Crim. diſput.* 15. *th.* 21 Limn. *de jur. publ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 269. Et generaliter ab omnibus Imperii Statibus, hoc ſummi Imperii munus practicari, neminem latere, inquit Beſold. *de Civit German. part.* 1. *c.* 7. *th.* 20. Unde Dn. Carpzov. *d. q.* 150. *num.* 26. Dnn. Scabinos Lipſienſes nunquam dubitaſſe refert, jura territorialia habentes, reis gratiam facere, & pœnam, vel mitigare; vel remittere poſſe. Hinc paſſim apud Carpzov. *in tr. Crim. in illorum prajudiciis*. **Wofern die Hohe Obrigkeit/oder Lands-Fürſtliche Obrigkeit / deß Orts / dem Gefangenen nicht Gnad erzeigen wolte.**

e) Status vocabulum impropriè quandoque ac latè accipitur, omnesque immediatos Imperii ſubditos denotat. Carpzov. *de L. Regia. cap.* 5. *ſect.* 11. *num.* 31. *& ſeqq.* Nobis, ut alias hujus vocabuli ſignificationes omittamus; quas videre licet apud Dn. Arum. *de jur. publ. vol.* 1. *discurs. pen. th.* 7. Chriſtoph. Beſold. *de jurisdict. Imp. Rom. quaſt.* 8. Paul. Buſ. *L.* 2. *de Republ.* 1. *num.* 3. *&c.* Veri, ac propriè ita dicti, Imperii Status ſeu Cives, illi tantum dicuntur; qui poteſtatem habent judicandi, de iis, quæ ad τὸ κύριον, vel ſummam Reipublicæ poteſtatem, quæ circa pacem & bellum circa Leges publicas, rogandas ac derogandas, circa fœdera, Vectigalia, &c. verſatur, pertinent. Unde etiam Status, ſeu Ordines Imperii vocantur; quod ſcil. totius Imperii ſint columnæ. Goldaſt. *de Regn. Bohem. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 4. ſeu quod legitimam ſtandi, in Comitiis, habeant

beant perſonam: **Daß ſie ein Stimm / und Stand / in den Reichsverſamlungen haben.** **R. A.** *de Anno* 1500. § **wie die Irrung.** Carpzov. *d. ſect* 11. *num. 29. & ſeqq.* & in Receſſibus Imperii, à cæteris immediatis ſubditis expreſſe diſcernuntur. **R. A.** *de Anno* 1555. §. **dieweil aber etliche/** ibi: **ſo dem Reich / ohne Mittel unterworffen / und Reichsſtänd ſind.** *& de Anno* 1564. §. **und wollen wir/** ibi: **gegen denen/ ſo nicht Ständ deß Reichs / jedoch dem Heiligen Reich** immediatè **unterworffen.** Nimirum multi ſunt immediati, qui tamen Status dici haud merentur. Reinking. *d. R. S. & E. lib.* 1. *claſſ. 4 cap.* 1 *num. 30. & ſeqq.* Cæterùm jus ſuffragii; usque adeo, civium verorum, verorumque ordinum ac Statuum Imperii, proprium eſſe arbitramur: ut eſſentiam eorum unice conſtituat. Etenim quanquam pro certiſſimis, Ordinum ac Statuum notis, duo hæc plerumque habeantur; ut nempe quis Matriculæ ſeu Albo ordinum ſit inſcriptus; nec non, ut collectiones Imperii, in publicum ærarium, pro rata proximè ac immediatè ſolvat: Attamen hæc cum per accidens tantum fiant, quomodo eſſentiam alicujus conſtituent? Et cum in Republica noſtra, nullius Matriculæ exſtet memoria, ante illam, quam Sigiſmundus Imperator, Anno 1431. conſcribi curavit; teſte Goldaſt. *lib. 2. de Regn. Bohem. cap.* 17. *num.* 2. priori ſtante opinione, neceſſum ſanè eſſet concludere, nec ante illud tempus, ullos Status Imperii fuiſſe: quod tamen adſerere, nihil exiſtimamus abſurdius. Atqui, ut nunc ſunt Imperii mores, omnino ſanè fatendum; illos ſolos, quorum nomen in Matricula Imperii extat; **ſo den Reichs-Matriculn eingeſchrieben.** Wehner. *in obſerv. verb.* **Matricul.** in Comitiis ſuffragandi jus habere. Reinking. *d. cap. num. 4. & ſeqq.* Quamvis autem ob jam dictam cauſam, Ordines Imperii, ſummâ curâ ſummâque induſtriâ, de certo ordinum

albo

albo conficiendo, allaboraverint: in prioribus tamen, ſat multos eſſe errores commiſſos: vel eo ſtatim apparet, quod in omnibus ferè Comitiis, alia atque alia, Matriculæ ſeu Albi Ordinum ratio, ſit propoſita. Id quod haud difficu'ter quisque perſpiciet, cui Matriculas Conciliorum inter ſe conferre allubeſcet; nimirum Anni 1431. 1467. 1471. 1480 1481. 1486 87 89. 91. 1507. Agnoverunt illud ipſum, Ordines ſeculi ſuperioris; eoque majori diligentia, plurimos, emendantes errores, & perfectiorem, & correctiorem elaborarunt Matriculam. Sed nec hanc omnibus numeris abſolutam eſſe, & perfectam; ex catalogo, Imperii matriculâ eximendorum, in Comitiis Anni 1548. Auguſtanis, ab Ordinibus exhibito, ſatis ſuperq; poterit cognoſci. Extat autem hujus catalogi pars, apud Limnæ. *lib.* 1. *jur. publ. c. 7. n. 73.* totus vero *in act. Brunſvicens. p. 2. ſect. 2. pag. 1084.* Hinc certus locus perficiendæ demum, ac perpoliendæ Matriculæ, eſt indictus in Comitiis, *Anno 1570.* §. **Wann dann darneben.** Item *Anni 1576.* §. **Demnach wir ferners.** Item *Anni 1594.* §. **Demnach wir noch zum fünfften.** Unde etiam tot lites, à Fiſcali Imperii hoc nomine inſtitutæ, adhuc pendent. Ultima Anno 1522. Wormatiæ elaborata & exſtructa, tanquam melior, communi Statuum conſenſu & conſilio eſt commendata; donec moderatorum judicio emendetur, ac perfectior conſtituatur. **R. A.** *de Anno* 1551. §. **Nach dem auch. R. A.** 1557 §. **Nach dem auch.** *de Anno 1566. 1567.* §. **Wann auch.** *1594* §. **Wann auch bey voriger** *Tractation.* Conſultiſſimus & Excellentiſs. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ.* 1. *Coroll. in fin.* Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ. 4. c.* 1. *num. 23.* Ex his, quæ jam ſunt dicta; ſatis & hoc pateſcit; ſive quis Princeps, ſive Comes dicatur Imperii, niſi hoc quoque Comitiorum jure gaudeat, Statuum ſeu Ordinum Imperii, cenſui, non eſſe annu-

annumerandum. Anterioribus ſanè Seculis, quando nimirum, illis nominibus, adhuc officia publica deſignabantur; nemo vel Princeps, vel Imperii vocabatur Comes: niſi qui hac ſuffragandi quoque valebat poteſtate. Nunc autem longè aliis vivitur moribus; tituli namque illi, haud annexo ſuffragiorum jure, perquam multis conferuntur. Quod formulæ diplomatum vulgares, quas exhibet libellus ſupra laudatus, cui titulus: *Status Regiminis Ferdinandi II.* ſatis oſtendunt. Cæterùm, quid hîc ſtatuendum, de Nobilibus, Imperio immediatè ſubjectis, **die Freye Reichs-Ritterſchafft in Schwaben/ Francken und Rhein?** Sanè, cum hodie, nec ſeſſionem, nec ſuffragia in Imperii Comitiis habeant; nec illos propriè Imperii Status eſſe. Dd. communiter tradunt. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 5. *c.* 10. *num.* 7. Daniel Otto *de jure publ. c.* 19. *(pag. m.* 461.*)* Arumæ. *ad A. B. diſcurs.* 1. *th.* 8. Joh. Rudinger. *lib.* 4. *obſerv.* 37. Beſold. *diſcurs. de Equeſtr. Ord. dignit. num.* 12. Buxtorff. *ad A. B. concl.* 5. *lit. c.* Rümelin. *ad A. B. part.* 1. *diſſert.* 1. *th.* 12. jura tamen territorialia, illis adhuc ut Statibus competere, communiter quoque docent. Rümelin. *d. diſſert.* 1. *th.* 13. Daniel Otto *d. c.* 19. Sixtin. *de Regalibus. lib.* 1. *c.* 4. *num.* 92. Andr. Gail. 2. *obſerv.* 62. *n.* 3. Beſold. *d. diſcurs. de Equeſtr. Ord. dign. n.* 9. *p.* 169. Nolden. *de Statu Nobil. c.* 16. *concl.* 148. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ.* 3. *quæſt.* 18. Limnæ. *de jure publ. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 38.

f) In tres enim Claſſes, Ordines, ſeu Status Imperii potiſſimum diſterminantur. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 3. *n.* 1. In hac prima collocantur Electores, utpotè membra capiti proximiora. *A. B. tit.* 2. *§.* **und wie wol von alter** / ibi: **allen und jeden Geiſtlichen und Weltlichen Churfürſten / ſo für die allernäheſte Glieder deß Heiligen Reichs.** Supremi Imperii Patres & Senatores, **die oberſten**

ſten Vätter und Rathgeber/apud Hortled. in Reichshand- lung. *l* 1. *c.* 37. *n.* 511. qui veluti columnæ Proceres Sacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant; quorum præſidio dextra imperialis potentiæ roboratur. A. B. *tit.* 3. Horum autem numero ſunt ſeptem; inde Septemviri dicti; tres nimirum Eccleſiaſtici, quatuor Politici: qui omnes ſeqq. exprimuntur verſiculis:

Septem Clara viris fulget Germania magna,
Quos penes arbitrium Cæſaris omne manet;
Poma Palatinus Dapifer gerit aurea Princeps,
Dux gladios, Equitum Saxo Magiſter habet:
Marchio fert Sceptrum, Camerarius inde Bohemus
Rex Pincerna manu pocula manu tenet.
Præſul Agrippinus fert ſigna per Italia Regna,
Teutona Mogiacus: Gallia Trevir amat.

Nicol. Reuſner. *in deſcript. Vrbium Imperial. pag.* 13. Atqui hos primæ Claſſis Ordines ſeu Proceres Imperii, quin jure hoc Aggratiandi gaudeant, & illius vi, reos liberare, damnatosque valeant reſtituere; neminem dubitare autumamus. Hinc illos quotidie hoc jus, in ſuis exercere Provinciis, atteſtatur Heigius 2. *quæſt.* 22. *n.* 31. & ex multis præjudiciis Dnn. Scabinorum Lipſienſium, apud Carpzov. *in tr. Crim.* pateſcit. *ibi*: Wofern der Churfürſt zu Sachſen/und Burggraff zu Magdeburg unſer Gnädigſter Herr/ꝛc. Hocque non de Secularibus tantum, verùm & Eccleſiaſticis eſt accipiendum. Namque & hi, quatenus Imperii ſunt Principes, ſuperioritatis jura iisq; annexa Regalia habere conſpiciuntur. Ampliſs. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ.* 3. *quæſt.* 16. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 90. *n* 1. 4. 6. Knichen. *de ſuperior. territor. cap.* 4. *num* 58. Quanquam autem, ad hanc primam Statuum Claſſem, ſex tantum hodie referantur, Rege Bohemiæ excluſo; Quippe quem hodie in Imperii Comitiis, nullam ſeſſionem,

nullum ſuffragium habere; ac ea propter, Statum ſive Imperii Ordinem propriè ita dictum, amplius non eſſe, ſatis demonſtrarunt. Reink. *de R. S. & E. l.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 3. *num.* 37. Cluten. *Syllog. rerum quotid.* Arum. *ad A. B. disc* 1. *th.* 8. *& discurs.* 7. *coroll.* 2. Carpzov. *de L. Regia. cap.* 5. *ſect.* 9. *& ſect.* 11. Nolumus tamen idcircò, Regi Bohemiæ, hoc jus Aggratiandi, ambiguum reddere; multò minùs denegare. Præſertim cum ſatis conſtet, uti cæteris Imperii Statibus, in illorum territoriis & diſtrictibus: ſic Regi quoque Bohemiæ, in ſuis Provinciis, præter prærogativas & privilegia quam plurima, & jura territorialia competere, & Regalia. Cæterùm de hoc fortaſſis, dubitari poterat; an Rex Bohemiæ inter illos, qui alieno, hoc jus tenent beneficio, rectè referatur? Nos intrepidè hoc affirmamus. Quanquam enim Rex Bohemiæ, & Regium nomen, & Majeſtatis inſuper titulum: Summam tamen, ac independentem, non habet poteſtatem; ſed illam à Majori recognoſcit & ſuperiori. Nimirum, Rex Bohemiæ, eſt Imperii Vaſallus. Nobiliſs. Dn. Lanſius *de L. Regia th.* 52. ac ſuperioritati Imperatoris ſubjectus. Quod ipſe Goldaſtus, Regi Bohemiæ, Majeſtatem vindicans, agnoſcit; *in Bohem. lib.* 3. *c.* 3. ſub tit. *Rex Bohemiæ, eſt Princeps membrum & Status Imperij: eoque nomine ſuperioritati Imperatoris ſubjectus, &c. Et cap.* 14. *Bohemia eſt Imperij Feudum: Rex Bohemiæ eſt Imperatoris Vaſallus, Par Curiæ, Homagio obnoxius, &c.* Carpz. *de L. Regia. cap.* 13. *ſect.* 5. Reink. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 3. *n.* 39. *& ſeqq.* Quod ipſi quoque Electores, ac Imperii Principes Anno 1620. Mülhuſii congregati, in literis ad Fridericum Palatinum datis, expreſsè docent. *ibi*: daß eine ſolche *Rejectio* in einem *Feudo Imperij ſuperiorem recognoſcente, &c.* Reink. *d. l. n.* 46. Buxtorff. *ad A. B. concl* 88. *lit. c* Arum. *discurs.* 7. *ad A. B. coroll.* 1. His itaque admiſſis Regis ſanè Bohe-

miæ

miæ poteſtas, non magis, ac cæterorum Imperii Principum, independens dici mereatur. Et hæc quidem hactenus de prima Statuum Claſſe.

g) Electorum Claſſem ſequitur altera, quæ eſt Principum cæterorum. Quanquam autem in jure noſtro Romano, Principis vocabulum ſoli Imperatori proprium; ac is ſolus, ea appellatione ſoleat denotari *l. 31. ff. de LL. l. 1. & tot. tit. de conſtit. P.P. §. 6. Inſt. de I. N. G. & C.* Attamen, uti antiquitus, apud Germanos, in generaliori, hoc vocabulum, accipiebatur ſignificatu, & Rege inferiores, quoque denotabat. Omnes enim jus per pagos & vicos, qui dicebant, Principes appellabantur. Tacit. *de mor. Germanor.* ibi: *Eliguntur in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosq́. reddunt*, ita noſtris quoque moribus, omnes Imperii Status, Regalem habentes dignitatem, hoc denotantur vocabulo, & exprimuntur. Sive ſint Eccleſiaſtici, ut Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Abbates & Prælati, quorum Catalogum recenſet Dn. Paurmeiſter. *lib. 2. de jurisd. c. 1. n. 17.* Nam & hi Principibus annumerantur, A. B. *tit. 26. §* **Darnach/ wann die andern Fürſten/ Geiſtlich und Weltlich/ ꝛc.** & non quâ Epiſcopi, &c. ſed quâ Principes, & Regalia, & alia ſuperioritatis tenent jura, quæ Duces, Comites, & alii Imperii Status in ſuis Provinciis & territoriis habent. Gail *tr. de pignor. c. 7. n. 1. & lib. 1. obs. 30 n. 2.* Frid. Hortleder **von Urſachen deß Teutſchen Kriegs.** *lib. 1. cap. 37. p. 240.* Nimirum hodiernis temporibus baculus Aaronis, & gladius Nimrodi, unâ manu regitur, & unâ parte Clerici, alterâ Principes & Duces ſalutari cupiunt, altero pugno, codicem, altero enſem geſtant; inquit Bernhard. Zieritz. *de Princ. inter ipſos dign. prærogat.* **Iſt alſo dahin kommen / daß man den Biſchoff/ und Prælaten auff dem Roß gar nicht kennen/ in der Kirchen aber ſelten finden kan.** Auct. Autonomiæ

part.3.cap.31.pag.m.432. Sive Seculares, ut Archiduces, Duces, Marchiones, Landgravii, Comites Palatini, Burggravii, Comites & Barones, non omnes quidem, ſed qui immediatè imperio ſunt ſubjecti, & tanquam Imperii Status & Proceres ad Comitia vocantur. Reinking. *de R. S. & Eccles. lib.1. claſſ.4. cap.8. & cap.14. n.35.* Bertram *in diſcurs. de Comitiis apud Arum. vol.1. p.135.* Hos autem omnes Imperii Status & Proceres ſecunda hac in Claſſe qui continentur, haud ſecus, uti Electores, pœnas remittere, vel mitigare poſſe, ſatis probant ea, quæ ſupra hac ipſa *th. lit. (d)* à nobis in medium ſunt adducta.

h) Tertiam Statuum Imperii, ſeu eorum, qui Comitiorum ſunt participes, claſſem conſtituunt, liberæ ſeu Imperii Civitates, **die Freye oder Reichs-Städte** (inter haſce enim appellationes, utpote in Receſſibus Imperii promiſcuè uſurpatas, ac indifferenter conjunctas nihil amplius ſubeſſe differentiæ; Docet Wehner. *obſerv. pract. voce* **Freye Reichs-Städte.** Sixtin *de Regal. lib.1. c.4. n.78.* Ampliſs. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ. 1. q.19.* Matth. Steph. *de juriſd. Imper. lib.2. part.2. cap.1.)* Namque & hæ, veri ſunt Imperii Status ac Ordines. Rutg. Ruland. *de Commiſſ. lib.5. c.4. n.41.* Et quamvis inferiorem inter Status obtineant locum, indubium tamen eſt, quin æquè ac reliqui Status eminentiores, & fulcra ſint Imperii & columnæ. Act. **gründlichen Berichts von deß heiligen Reichs Stadt Friedberg/Stand/ꝛc.** *c.*15 *num.* 11. Hinc Matriculæ Imperii inveniuntur inſcriptæ; ad Comitia vocantur publica, inque illis ſuffragium ſeu votum non tantum, habent conſultivum, uti voluit Arum. *ad A B diſc.* 1. *th.19.* Sed & deciſivum. Dn. Præſes *Exerc. jur. publ.* 1. *quæſt.20.* Matth. Stephan. *de juriſd. lib 2. p* 1 *c.4. n.*35. Rumel. *ad A. B. part.1. diſſert* 1. *th.10.* Et licet Andreas Knichen. *de ſublim. & reg. territ. jure.* dictatum civitatum libertatem,

jura

jura ac privilegia, imminuere, vel prorſus abolere, illisque territorii vel ſuperioritatis jura ſit auſus denegâre; Attamen cum illius error, abundè ſatis, ab aliis ſit detectus, haud quempiam de veritate communis ſententiæ amplius exiſtimamus, dubitare. Mingius *de ſuperiorit. territor. th. 44.* Dn. Præſes *Exerc. jur. publ. 3. q. 17.* Bocer. *de jurisd. cap. 8. n. 81.* Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. claſſ. 5. c. 5.* Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 2. c. 1. n. 59.* Thom. Michaël *de jurisd. concl. 44. lit. g.* Gail. 2. *obſerv. 57. n. 7. & in tr. de arreſt. c. 9. n. 1.* Et in ſpecie, hoc jus Aggratiandi, ſeu pœnarum veniam concedendi, Civitatibus Imperialibus quoque competere; teſtatur Carpzov. *part. 3. tr. Crim. quæſt. 150. n. 19.* Juſtin. Oldekop. *Syllog. pract. crim. tit. 5. caut. 22. n. 5.* Beſold. *de Civitat. Germaniæ. part. 1. c. 7. th. 20.* Adſtipulatur Hunnius *Colleg. Crim. diſput. 15. th. 21.* illudque à dictis civitatibus, quotidiè practicari refert.

IV.

Inferiores itaque Magiſtratus, atque judices, ſuperiorem ac inferiorem jurisdictionem (A) ſaltem habentes, (B) delictorum veniam Reis facere, pœnasque iis remittere; haud poſſunt. (C)

a) In has duas enim ſpecies, Superiorem nimirum Criminalem, ſive altam; & inferiorem, civilem ſive Baſſam, in die Hohe ſeu Ober- oder Unter-Gericht / ex generali omnibus ferè locis, præſertim in Germania receptâ conſuetudine, omnis hodie dividitur jurisdictio Reinking. *de R. S. & E. lib. 2. claſſ. 2. c. 17. n. 43.* Ea namque quæ de mero & mixto Imperio, nec non ſimplici jurisdictione in libris juris noſtri, traduntur, & ab eorum Interpretibus, diligenter ac prolixè ſatis explicantur, moribus

bus eſſe commutata; Doctores, jus noviſſimum & moribus uſurpatum magis reſpicientes, paſſim docent. Carpzov. *tr. Crim. part. 3. q. 109. n. 9.* Paul. Matth Wehner. *obſerv. pract. voce* **Zent.** Nimirum quàm plurima, ipſa temporis, antiquavit vetuſtas, & longa permutavit dies: quæ ut aliam vitam aliosque mores, ita alias quoque haud immeritò poſtulat leges. Hinc Andr. Knichen. *in Epiſt. dedicat. tract. de jure territor.* in hæc prorumpit verba: *Si quis Imperij & jurisdictionis modernæ complicatam notionem, ſola juris Romani peritia; Bartolivè & ſequacium traditionibus fretus, evolvere tentaverit, nec Statum Reipublicæ ejusq; jura fundamentalia, arcana & ſimulachra Imperiorum politico libraverit judicio, is adepol ab aſino lanam quæret, operamq; omnem perdet & oleum. cum multum interſit, inter id, quod fuit, & quod nunc eſt.* Dn. Carpzov. *d. q. 109. num. 6.* Cæterùm quæ ad ſuperiorem, quæque ad inferiorem pertineant jurisdictionem, certâ regulâ, ubique locorum valiturâ haud poterit definiri. Utraque enim ſpecies pro cujusque loci conſuetudine, & conſtitutionibus, & variè exercetur; & varias iterum recipit diviſiones. videatur Matth. Wehner. *d. l.* Accedit, quod in uno loco, quæ ad inferiorem, in altero ad ſuperiorem ſæpiſſimè referantur, & contra. In Ditionibus ſanè, Electoratus Saxon. ſpecialis hac de re, reperitur Conſtitutio: **was zu Ober⸗Nider⸗oder Erb⸗Gericht gehöret.** quam refert Berlich. *part. 1. pract. conclus. 1. num. 10. & ſeqq.* Carpzov. *tr. Crim. p. 3. quæſt. 109. num. 30.* illamque pluribus explanarunt. Dnn. Scabini Lipſiens. in Reſponſo, quod extat apud Dn. Carpzov. *d. l. num. 31. & ſeqq. in Ordinat. Polit. Saxon. Coburgens. tit. 21.* **von Ober⸗ und Erb⸗Gericht.** In Conſtitutionibus quoque quas Duces Saxoniæ Lineæ Vinarienſis, & Principes Anhaldini, hâc de re promulgarunt; certi utriusque ſpeciei caſus,

enu-

enumerantur. Harum autem Conſtitutionum meminit, & ex illis nonnulla refert: Wehner. *d. l.* Carpzov. *d. quaſt. 109.* Quanquam autem in dictis Conſtitutionibus, plurimi, imò omnes ferè caſus tàm ad altam, quàm Baſſam jurisdictionem pertinentes, ſint comprehenſi, in nulla tamen, vel ad unam, vel ad alteram jurisdictionis ſpeciem, jus Aggratiandi ſeu pœnas remittendi refertur: imò aliis laudatorum Principum Conſtitutionibus, quarum mentionem facit Wehner. *d. l.* à jurisdictionalibus, potius removetur. Et hoc quidem rectè. Jus namque Aggratiandi, jurisdictionalibus haud adhæret, Farinac. *pract. Crim. p. 4. lib.* 1. *conſil. 3. num. 6.* ſed ad diverſam pertinet poteſtatem, uti ſequentia docebunt.

b.) Quales ſunt in nonnullis Civitatibus, Magiſtratus municipales; item Nobiles, Barones, & Comites, Imperio mediatè ſubjecti. Et hi Comites & Barones quidem, quamvis cum inferiore & ſuperiore jurisdictione, à Statibus Imperii, ut plurimum inveſtiantur: Regalia tamen nunquam, aut rariſſimè conſequi, ſed Status in illorum Feudis ſibi ſolent reſervare. Jam autem nec Duces, Marhiones & Comites, gratiam delictorum, poſſunt concedere, niſi à ſuperiore illis hæc poteſtas ſit conceſſa. Chaſſan. *in ſuis Commentar. Conſuet. Burgundiæ rubr. des juſtices & droictz d'celles. §. 5. voce d' Prince. n.*12. Petr. Theodor. *in Colleg. Crim. diſp. 10. th. 7. lit. b.* Habent quidem prædicti inferiores Magiſtratus vi competentis jurisdictionis ſuperioris ſeu criminalis vim ac poteſtatem, de criminibus judicandi, atque ſecundùm modum legibus præſcriptum coërcendi: Verùm ut & pœnam legibus definitam aut remittant, aut minuant, hoc ſane illorum excedit poteſtatem. Tiraquell. *tr. de pœn. temper. præfat. n. 2. & ſeqq.* Carpzov. *de L. Regia. cap. 9. ſect.* 11. *num. 25. & ſeqq.* Hoc namque haud eſſet, ſecun-

cun-

cundum LL. judicare, atque crimina punire: ſed contra Leges agere, de illis diſpenſare illisque derogare; quod planè ad aliam, & ſpecie quidem diverſam, illisque vi jurisdictionis omnimodæ minimè competentem pertinet poteſtatem. Hinc Marcianus *in l* 1 §. 4 *ad SCt. Turpillian.* ex ſententia Papiniani, quæ exſtat *in l.* 15. *pr ff. ad Municipal. Facti quidem* (inquit) *quæſtio in arbitrio eſt judicantis, pœnæ verò perſequutio, non ejus voluntate mandatur, ſed legis authoritate reſervatur.* Et in genere præcipit Juſtinianus Imperator *in Novell. 80. cap. 10.* ne judex ſit clementior lege, aut ipſis legibus ſeverior, &c. Eleganter ſanè & accommodatè Symmach. *lib. 10. Epiſt. 63. ad Impp. Alia*, inquit, *eſt conditio Magiſtratuum, quorum corruptæ videnter eſſe ſententiæ, ſi ſint legibus mitiores: alia Divorum Principum poteſtas, quos decet acrimoniam ſeveri juris inflectere.* Nimirum ejus eſt derogare legibus, & de illis diſpenſare; cujus eſt legem ferre. Et quamvis Statuta condendi poteſtas, inferioribus quoque Magiſtratibus dicatur competere: Attamen contra leges publicas, ac de iis, quæ publicam totius patriæ concernunt ſalutem absque ſuperioris conſenſu, nihil valent diſponere. Beſold. *diſſert de jur. Univerſit. cap. 8. th. 6.* Georg. Schultz *Synops. Inſtit. de I. N. G. & Civ. lit. h.* Neque jurisdictionalia, & Regalia, quibus jus Aggratiandi ſuperius annumeravimus, ſunt confundenda. Carpzov. *tr. Crim. part. 3. q. 150. n. 51.* Suffragantur huic quoque ſententiæ, Imperatores *in l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ. & privat.* reſcribentes judicem gravi notari infamia, ſi crimen probatum vel diſtulerit, ſive omiſerit, vel impunitate donaverit, aut molliorem quàm à lege præfinitum, pœnam protulerit. Quò & collimat reſcriptum *in l. 1. C. de deſertoribus. lib.* 12. quo conſtitutum, ut Rector Provinciæ pœnam ibi propoſitam, gratia vel diſſimulatione differens, patrimonii &

exi-

exiſtimationis damno ſubjici debeat. Judex enim pœnam legitimam minuendo vel remittendo ſeſe criminis conſcium oſtendit. *l. 2. C. de Commerc. & mercimon. c. negligere. 2. q. 7.* Tiraquell. *d. tr. de pœn. temperand. in præf. n. 8.* unde dicitur *in l. 3. C. ne ſanct. Baptiſm. iteretur. Nulli judicum liceat delatum ad ſe crimen, minori aut nulli coërcitioni mandare, niſi ipſe idem pati velit, quod aliis diſſimulando conceſſit.* Idem ferè ſancitum legitur *in l. 1. §. f. l. Chriſtianos. 6. C. de Paganis. l. 1. de priv. carceribus. l. ult. C. ad L. Jul. de vi publ.* Hinc Carol. I. Rex Siciliæ, ſuſpendi judicem juſſit, qui reum ſuſpendio dignum, ad manus amputationem condemnaverat. Heig. 2. *q.* 22. *num.* 18. Barth. Chaſſan. *in ſuis Comment. in Conſuetud. Burgund. rubr. des judices & droictz d'icelles. §. 5. voce a l'arbitrage du juge. n. 24.* Anton. Peregrin. *de jur. fiſc. lib 4. c. 8. n. 23. 24. & ſeqq.* Atque hæc eò magis procedunt; ſi judices ſemel ſententiam dixerint, quippe quam nec ex causâ, nec ratione innocentiæ poſtea repertæ, amplius mutare valent. *l. 55. de re jud. l. divi fratres. 27. pr. de pœn.* Beſold. *de civitat. German. p. 1. cap. 7. th. 20.* Carpzov. *d. q. 150. n. 52.* Hunn. *Colleg. crim. diſp. 15. th. 22.* Ex his facilè quoque judicare licet, judicem ſeu Magiſtratum inferiorem merum tantùm Imperium habentem, Reo impunitatem, quo delictum fateatur, promittere non poſſe; aut ſi promiſſio fuerit facta, illâ utpotè ipſo jure nullâ ac invalidâ non obſtante, æquè Reum confeſſum condemnare poſſe ac punire. Hancque ſententiam præjudicio Facultatis Juridicæ, quæ Lipſiæ eſt, confirmat Sigiſmundus **Finckelthaus** p. m. *obſerv. 105. in fin.* ibi: **Ob nun wol ſonſten die gethanen Verſprechungen zu halten ſeyn. Dannoch aber und dieweil einem Richter unbenommen / die Warheit durch** Simulationes, **und dergleichen Zuſagungen von den Verbrechern herauß zu locken / nach beſchehener Bekantnuß aber / in ſeiner Macht und Gewalt**

walt nicht iſt / die offentliche Laſter / ſo ihre gewiſſe Straffen haben / ungeſtrafft zu laſſen. Dieweil ſolche Erlaſſung der Straffen / allein bey der Hohen Obrigkeit beſtehet; ſo iſt der Richter zu Fr. ſeiner / dem gefangenen H. V. gethaner Verſprechung ungeachtet / Rechtlich Erkantnuß / über die angeregte Deuben einzuholen / und was ſich auff fernere Inquiſition / und Erkundigung befinden wird / an ihm H. V. durch gebührende ordenliche Straff-Mittel zu exequiren ſchuldig. V. R. W. De Univerſitatibus literariis merum Imperium habentibus, quid regulariter ſtatuendam cenſeamus; ex hactenus diſputatis haud difficulter licet colligere. Communis tamen teſtatur obſervantia, Studioſos relegatos, à Magnifico Dn. Rectore, ac Senatu Academico non rarò reſtitui, ac in numerum Studioſorum recipi. Hocque in Jenenſi Univerſitate obſervari, tradit Petr. Theodor. *in Colleg. Crimin. diſp. 10. th. 7. lit. b.* Et ex Wittebergenſi Academia relegatum & excluſum, poſt aliquot annos, abolitâ per reſtitutionem infamiâ, in quam per excluſionem inciderat, fuiſſe reſtitutum, refert Petr. Heig. *part. 2. quæſt. 22. num. 43.*

c) Et hoc non de totali ſolùm remiſſione, quippe quod indubium eſt, quotidianâ id praxi comprobante; ſed de partiali quoque, ſeu pœnarum mitigatione eſt accipiendum. *l. 8. §. fin.* ibi: *aut molliorem, quam præſtituimus, pœnam protulerit. C. de vi publ. & privat. l. 3.* ibi: *ut nulli judicum liceat, delatum ad ſe crimen minori aut nulli coërcitioni mandare. C. ne ſanct. Baptiſm. iteretur.* Cui itaque ſuperior Criminalis ſeu alta tantùm competit juriſdictio, is mortis ſupplicium, in mitiorem, fuſtigationis nimirum relegationis, carceris, aut pecuniariam pœnam minimè poterit commutare. Conſentit Wehner. *obſerv. practica. voce* Zent. *pag. 574.* hanc ex Gilhaus. adducens rationem: *quia pœnam pecuniariam loco corpora-*

lis

lis pœnæ impônere, meri eſt Imperÿ. Quam tamen pro contraria potius facere ſententia, & cum ipſa pugnare veritate, omnes animadvertere exiſtimamus. Noſtram autem aſſertionem, expreſsâ in ſuis territoriis ſanctione comprobavit; Summus Juris Saxonici defenſor. Sereniſſimus Elect. Saxon. *in Ordinatione Provinciali de Anno 1555. ſub rubr.* daß peinliche Sachen / dadurch das Leben verwirckt/ ohn unſere Bewilligung nicht burgerlich gemacht werden ſollen. Similes reperiuntur inter Conſtitutiones Vinarienſes. *tit. 6.* §. Gleicher Geſtalt. Item in der Bambergiſch- und Brandenburgiſchen Halsgerichts Ordnung. *artic. 272.* daß Beampte und Richter ohne der Hohen Obrigkeit Vorwillen / keine Leibes Pön in Geltſtraff verwandlen mögen. Eadem ratione pœnam mortis ſeveriorem, lege expreſsâ determinatam puta ignis, Rotæ, ſuffocationis in aquis, ſuſpendii, &c. in aliam mitiorem mortis, gladii nimirum pœnam, haudquaquam poteſt convertere. Eſſet enim hîc clementior leges contra *Novell. 82. c. 10.* imò contra leges ageret; de iis diſpenſaret; ac ſic excederet fines, competentis jurisdictionis. *l 1. §. 4. ad SCt, Turpill l. 15. pr. de pœn.* Nimirum alterationem hanc, ſeu pœnarum mitigationem, æquè de Regalibus, ac ipſam totalem remiſſionem eſſe autumamus. Probat hoc Gloſſa German. *in artic. 69. lib. 1.* Landrecht. *num. 3.* ibi: Jch ſage dir auch / du Richter/ legeſt du einem überwundenen Mann / einen andern Tod an / als den / welchen ihm das Recht gibt / und zutheilet / ob er auch wol darumb bittet / ſo biſt du an ſeinem Blut / und an ſeiner Seelen ſchuldig. An ſeinem Blut biſt du ſchuldig/ darumb/daß du ihn auß deinem ſelbſteigenem Willen oder Rath tödteſt/ und nicht durch das Vrtheil. Als ob ihm durch Vrtheil und Recht / das Rad wäre zugetheilet worden / und du lieſſeſt ihm das Haupt abſchlagen/ ob er wol ſelbſt darumb gebetten

gebetten hätte. Dann du haſt deſſen keine Gewalt / daß du Gottes Creatur tödten mögeſt nach deinem Sinne / ſondern das Recht / das Gott gegeben hat / mag allein ſeine Creatur tödten / und du nicht / ꝛc. Hancque Gloſſam, quoad noſtram deciſionem confirmavit Elector Saxon. *in d. Ordin. Polit.* quam in pronunciando, quoque ſunt ſequuti. Dnn. Scabini Lipſiens. uti ex illorum præjudiciis, quæ refert Carpzov. *d. q. 50. n. 64. & ſeqq.* licet cognoſcere. Cæterùm de pœnis non capitalibus remittendis aut mitigandis, ut fuſtigationis, relegationis, carceris, non ſanè diverſum, ſed idem arbitramur de jure eſſe ſtatuendum. Supra namque allegatæ leges, & adductæ rationes, hîc quoque inveniunt locum. Etenim qui fuſtigationem lege præfinitam remittit, aut in pecuniariam convertit, quómodo minus contra legem agat, aut lege ſe præbeat clementiorem, ac ille, qui de capitali aliquid remittit, haud valeo perſpicere. Et in hanc ſententiam, Nobili cuidam, merum & mixtum Imperium habenti, quod ſcil. fuſtigationis pœnam, in pecuniariam convertere non poſſit, reſponſum eſſe, refert Heigius *lib. 2. quæſt. 22. num. 23.* In terris quidem Electoris Saxonici inferioribus Magiſtratibus Criminalem juriſdictionem habentibus, haſce pœnas non capitales mutandi ac minuendi, competere poteſtatem, teſtatur Carpzov. *in ſæpè citata quæſtione 150. num. 75. & ſeqq.* idque ſequenti Dnn. Scabinorum Lipſienſium firmat præjudicio: Ihr wollet ihm dann auß erheblichen Vrſachen / und in Anſehung / daß er ſich hiebevor / in ſeinen Dienſten wol verhalten / und man dergleichen von ihm nicht gehöret / der Pfarrherr auch / dem das Pferd geſtohlen worden / ſelbſten für ihn gebetten / Gnade erzeigen; welches euch Krafft der inhabenden Ober-Gericht zu thun unbenommen; auff ſolchen Fall würde Gefangenem der Staupenſchlag erlaſſen / und er allein mit ewiger Landes-Verweiſung in Straff

genom-

genommen. V. R. W. Prædicta autem omnia de pœnarum remiſſione, ſeu mitigatione gratioſa, ex jure nimirum Aggratiandi proveniente, & accipienda ſunt, & explicanda. Etenim quin judices criminalem jurisdictionem habentes, pœnam, ordinariâ & legibus definitâ mitiorem, per viam juſtitiæ, poſſint imponere, nobis certè eſt indubium. videatur Theodor. *Colleg. crim. diſp. 10. th. 7. lit. b.* Heig. 2. *q.* 22. *n. 34. & ſeqq.* Mevius *ad jus Lubecenſe lib. 4. tit. 15. art. 1. num. 10. &* 15. Carpzov. *tr. Crim. p. 2. quæſt. 142. num. 20. & ſeqq.* Furioſo namque infanti, aut caſuali homicidæ, ſi nullam; culpoſo verò, ordinariâ minorem, judex imponit pœnam; juſtam ſanè, & in pœnis infligendis obſervandam, obſervat proportionem; nec contra leges quicquam agit; nec lege eſt clementior; ſed id quod leges volunt ac jubent, exequitur, & poteſtatem ſibi competentem, debito adminiſtrat modo. Nimirum, pœnæ, ipsâ hoc efflagitante juſtitiâ, juſtâ ratione delicto, commenſurari illiusq; qualitati debita correſpondere debent proportione. Ita, ut qui plus commiſit, graviùs, qui minus, levius puniatur, ſemperque inter delictum & pœnam, juſta attendatur æqualitas. *l.* 11 *pr. de pœn.* Carpzov. *d. quæſt. 142.* Interim tamen, judici probè perſpiciendum eſſe exiſtimamus, ne in hiſce caſibus, quibus ob juſtam aliquam ipſumque delictum minuentem cauſam, ordinariâ mitior venit imponenda, capitalem, in pecuniariam ſtatim convertat pœnam. Dantur enim & aliæ pœnæ, quibus Reus pœna capitalis cui remiſſa, extra ordinem, mitius punire poterit. Et exemplo ſanè eſt pernitioſum, remiſſa pœna capitis, non niſi pecuniarias pœnas Reis infligi, quippe cum hoc judicibus in alienis graſſandi facultatibus, præbeat occaſionem. Uti piè ac prudenter monet Anton. Matth. *de Criminibus ad l. 48. ff. tit. 18. c. 4. n.* 12. ubi quoque cum Sfortia Odd. rectè re-

prehendit judices, qui ut plurimum pœnam mortis con- vertunt in pecuniariam: non ut ætati aut culpæ veniam dent, ſed ut crumenas loco capitis evacuent. Hæc Anton. Matth. *d. l.* conſentit Valentin. Winther. *in Parthen. Litig. lib.* 1. *c.* 14. *num.* 2. ita ſcribens: *Hoc malitio ſeculo criminaliſtæ non abſimiles Chirurgis, qui ut multis ruſticorum vulneribus, ita hi plurimis ſubditorum delictis gaudere ſolent, facilem nacti ſpoliis alienis penu ſuum locupletandi occaſionem, unde in mulctis indicendis lætantur & impiè dicunt.* Es haben dieſes Jahr über / die Brüche oder Geltbuſſen / Gott ſey Lob und Danck / ein Ehrliches getragen / ꝛc. Diximus hactenus inferiores Magiſtratus, pœnas promeritas remittendi, aut mitigandi jure haud gaudere; quod tamen cum grano ſalis accipiendum; cum ſequentes videatur recipere limitationes. Et primò quidem, in caſibus quibus lex ipſa, ipſis hoc concedit; cujus exemplum legimus *in l.* 37. §. 1. ibi: *niſi quatenus interdum miſeratio ætatis, ad mediocrem pœnam judicem produxerit. ff. de minoribus.* Ad hanc namque mitigationem, non per viam juſtitiæ judicem adſtringi: ſed illam ex commiſeratione & gratiâ, tantum fieri poſſe, oſtendit Dn. Carpzov. *tr. Crim. quæſt.* 143. *num.* 59. *& ſeqq.* id quod in Reſponſis ſuis indicant Dnn. Scabini Lipſienſes: Und iſt dem Rath zu Torgau die Inquiſitio zuerkandte Straffe deß Rades / von wegen ſeiner Jugend zu lindern / und ihn mit dem Schwert richten zu laſſen unbenommen. V. R. W. & in alio. ſo möchte er ſolcher ſeiner begangenen Deuben / und Kirchen-Raubung halber / mit dem Rade vom Leben / zum Tode gerichtet und geſtraffet werden. Man wolte ihm dann / in Anſehung ſeiner Jugend / Gnade erzeigen / auff ſolchen Fall würde er mit dem Schwert vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet. V. R. W. So möchte Inquiſit, wegen ſolcher begangenen und bekandten Entleibung / woferne

ne man ihm / in Anſehung ſeines minderjährigen Alters / nicht Gnade erzeigen wolte / mit dem Schwert / vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Secundò limitantur ſupra dicta; ſi ex illorum ſtatutis, pœna aliqua veniat imponenda. Etenim cum illa in totum tollere poſſint ac mutare, utique unum atque alterum; ab illorum pœna, poterunt eximere. Hinc Dd. communis tenet ſententia, quod, licet Civitates & Collegia, contra infamiam, jure communi impoſitam, non poſſint reſtituere; famam tamen ex illorum ſtatutis imminutam, reſtituere, haud prohibeantur. Petr. Heig *2. quæſt. 22. num. 45.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 8. num. 303.* Mevius *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 15. art. 1. num. 9.*

V.

Hanc autem Aggratiandi poteſtatem, qui habent; non temerè, ac indiſtinctè, (A) ſed causâ diligenter, ac prudentèr cognitâ (B) debent exercere.

a) Nec ab iis, qui ſummam tenent poteſtatem. Quanquam enim ſumma, Legibus ſoluta dicatur poteſtas. *l. 31. ff. de LL.* Hæc tamen non ita ſunt accipienda, ac ſi eſſet infinita, nulliſque terminis circumſcripta, aut omnis juris, omniumque legum repagulis ſoluta licentia, ita ut quicquid eandem habenti, placeret; id quoque liceret. Nimirum naturæ, Diviniſque decretis, & Rex, & quicunque Regi par jus obtinet, æquè conſtringitur, ac privatus. Uti rectè atque piè traditur à Carpzovio *de L. Regia. c. 12. ſect. 1. num. 29. & ſeqq.* Etenim Divinæ ac Naturæ leges, à DEO Ipſo latæ, omnibus ex æquo ſunt præſcriptæ, omneſque mortales Summum, Summi Legiſlatoris Imperium recognoſcere, ac Imperanti coguntur

tur obtemperare. Hinc quæcunque lædunt pietatem, ea nec nos facere poſſe eſt exiſtimandum. *l. 15. ff. de condit. inſtit.* Quod ipſum Effatum, Author ejus Papinianus JCtus, ſua conſignavit morte, dum commiſſum ab Antonio Caracalla fratricidium, in Senatu & ad Populum excuſare noluit, aut verius ſecundùm ipſius ſententiam non potuit. Impensè igitur improbi ſunt; qui & divinis, & naturæ legibus, Principem ſolvere; & ſic naturam, jusque divinum Imperatoris ſubjicere conantur poteſtati. Hinc prudenter Limnæ. *de jure publ. lib. 4. c. 8. n. 277. Ne* (inquit) *Principes noſtri terminos poteſtatis ſuæ excedant, ſummo Reipublicæ detrimento, nec anſam delinquendi indiſtinctè præbeant ſubditis, illis ſuaſor fuerim, ut in remiſſione capitalium præſertim pœnarum, magna utantur circumſpectione eamq; nec ad qualibet delicta, nec ad quaslibet extendant perſonas.* idem monet Petr. Heig. 2. *quæſt. 22. num. 27* & Dn. Carpzov. *de L. Regia. c. 9. ſect* 11. *num. 7.* inquit: Hanc gratiam nec ſemper nec cuivis faciat Imperator, benè proſpiciat, ne ſcil. ex gratia fiat injuria, & benefaciendo labefactetur juſtitia. Et piè Autor *d' utile & ſalutaire advis au Roy pour bien regner. p. 19.* Regem Franciæ alloquitur; dicens: *Particulierement tu reſponderas un jour devent Dieu des malleurs cauſez, par l' impunité des crimes enormes, ſi tu te laiſſe perſuader, de donner des abolitions injuſtes, ſoubs le voile, & le pretexte d' une clemence qui ſe trouvera tousjours, par l' evenement cruelle & ſanglante, &c.* referente Carpz. *ad L. Reg. c. 9. ſect.* 11. ubi in ſeq. laude dignum judicat Henricum IV. Regem Galliarum quod rogatus, ut pœnam reo condonaret, reſponderit: *je ne veux pas pour l' amour de vous, charger ſur moy ce malhereux crime, dont il me faudrois un jour rendre compte devant Dieu*; & poſtea ad Deputatos Parlamenti ſe converſus dixerit: *Faites juſtice. d. Autor. p. 20.* De Ludovico Galliæ Rege ferunt: quod cum Reo

cuidam

cuidam ad mortem damnato, vitæ, gratiam feciſſet; ſolita devotione incidens *in Pſalmum 106. v 6. fac judicium & juſtitiam omni tempore*; divino quaſi oraculo, officii admonitus, gratiam revocaverit. P. Matthieu *lib. 6. Hiſtor. narr. 5.* Quo etiam facit elegans Biantis dictum, quod ex *Stobæ ſermon. 44.* refert Beſoldus *lib. 1. Polit. c. 3 th.* 11. *num. 3.* qui damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus eſt, hominis merito deplorandam fortunam. Verum cùm quidam dixiſſet: quid eſt quod defleas? cum in tuo arbitrio ſit, hominem condemnare aut liberare? Reſpondit Bias: Neceſſarium quidem eſſe naturæ condolere, à lege autem & juſtitiæ diſcedere regulâ, magis periculoſum videri. Unde etiam Philippus Macedo, intercedenti pro amico: *Melius eſt, ut ipſe qui deliquit ignominiam ferat, quam ego. Plutarch. in apophthegm.* Cæterùm hæc & ſimilia prudentum dicta, de temeraria ac indifferenti condonatione, & pœnarum remiſſione exaudienda exiſtimamus. Meritò itaque Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 8. num. 276.* conſuetudines & generalia rejicit privilegia, quibus indiſtinctè, nullâ inter delicta ac perſonas habita diſtinctione, nullaque obſervata cauſa, veniam pœnarum rei poſſunt conſequi. Sic Romæ olim, qui ad ſupplicium mortis ducebantur, hujus pœnæ erant immunes, ſi iiſdem Veſtalis virgo obviam iret, modo juraret, ſe non data opera, ſed fortè fortunâ occurriſſe. Plutarh. *in Numa. p. 106.* Sic Præſides Romani ad Inſtantiam populi Judaici in feſto Paſchatos, aliquem facinoroſum impunem tenebantur dimittere, *Matth. 27. vers.* 15. *Marc.* 15. *vers. 6. Luc. 23. vers. 17.* Conſimile, ac memorabile eſt privilegium, quod Rothomagenſis Eccleſiæ Canonici, jam inde à D. Romani tempore, conceſſum, adhuc conſervant; ut ſcil. pridie diei quem in hanc rem feſtum colunt, ex facinoroſis hominibus, qui tunc captivi detinen-

tinentur, ſceleratiſſimum ſibi dedi poſtulent, quem ut audiverunt confitentem, & ad vitam emendandam admonuerunt, publicis ceremoniis, tùm in templo, tùm in foro contiguo, magnificè adornato, ab omni ſupplicio immunem pronuntiant. referente Limnæo *d. l. n. 275.* Cardinales quoque præſcriptâ conſuetudine, ſeu (ut rectius loquamur) potius corruptela, *arg. cap. cum tanto* 11. *X. de conſuetud.* hanc ſibi vindicant poteſtatem, ut ſi ad mortem condemnato, etiam latroni, etiam Sicario, etiam Sodomitæ, &c. pileum injecerint, eum à mortis pœna liberare poſſint. Theodor. *Colleg. Crim. diſput. 10. th. 7. lit. e.* Chaſſan. *in ſuis Comment. Burgund. rubr. de juſtices & droictz d' icelle. §. 5. voce ſi n' a grace de Prince.* Limnæ. *de jure Publ. d. c. 8. num. 273.* Anton. Matth. *tr. de Crimin. ad lib. 48. tit. 18. c. 1. num. 17.* Cunrad. & Bened. Carpzov. *apud Arumæ. v. 3. de jur. publ. th. 108. in fin.* Verùm valeant hæc & alia apud Dd. quæ paſſim inveniuntur privilegia, & conſuetudines, apud Pontificios: apud nos, locum haud invenient.

b) Hunn. *in Colleg. Crimin. diſp. 15. th. 19.* Petr. Theod. *Colleg. Crim. diſp. 10. th. 7. lit. b.* Valent. Winther. *Parthen. Litigios. lib. 2. cap. 12. n. 31.* Hinc Beſoldus, Hiſpanorum obſervari jubet inſtitutum & imitari; qui tribunal conſtituerunt, quod conſilium Cameræ vocant; conſtans ex tribus aut quatuor Doctoribus delectis, qui unà cum Rege, de veniâ delictorum concedendâ deque aliis rebus quas illi gratias vocant, deliberant. Beſold. *lib. 1. Polit. c. 3. §. 4. num. 4.* Auream itaque inprimis, in hoc jure exercendo, Principes obſervent mediocritatem, ſecundum ea, quæ *th. 1. lit. e.* à nobis dicta ſunt & adducta. Et ſemper liberalitatis attendant requiſita, veniam ſcil. dantes, quibus, quantum, & quando oportet. Horneus *Philoſoph. morali, cap. 7. num. 2.* liberalem namque illum haud cenſe-

cenſemus, qui dat indifferenter, ſed qui rectè inter accipientes novit diſcernere. Arumæ. *de jure publ. vol. 1. diſcurs. 15. th. 57.* Sicuti itaque dicente Plinio *in Paneger. Trajan num. 38.* ambitio, jactantia, & effuſio & quidvis potius, quam liberalitas, exiſtimanda eſt, beneficentia, cui ratio non conſtat: ita pœnarum quoque remiſſio, haud prævia perſonarum, cauſarum, aliarumque circumſtantiarum, diligenti ac prudenti cognitione, mollities, lenitudo, ac flagitium potius, quàm virtus erit denominanda. Lipſius *lib. 2. Polit. cap. 13.* Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. *c. eſt injuſta. 23. quæſt. 4. c. ut Cleric. 13. de vit. & honeſt. Cler.*

VI.

In hac autem cauſæ cogntione, tria principaliter veniunt conſideranda. 1. Pœna cujus remiſſio petitur. 2. Cauſa, propter quam, & denique 3. Perſona, cui remiſſio eſt facienda.

VII.

Primò rationæ pœnæ requiritur, ut illa talis ſit, quæ remitti aut mitigari poſſit. Ad quod cognoſcendum, in originem, unde illa deſcendat inquirendum · an ex jure (A) Divino, an ex jure humano. Et cum divinum iterum ſit vel morale, vel ceremoniale, (B) vel forenſe. (C) Ad quam denique ſpeciem, pœna jure divino definita referri debeat, diligentiſſimè quoque eſt dijudicandum.

a) Jus naturale, quod & divinum dici poteſt, hûc principaliter non pertinet. Quanquam enim quæ contra jus naturæ fiunt, ipſa dictante natura, pœnam mereantur: Attamen cum quantitatem pœnæ ac qualitatem, hiſce in delictis, jus naturale expreſsè vix conſtituiſſet, aliis juris ſpeciebus, illa determinanda, eſt relicta. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 8. num. 278.* illud verò ex hoc jure, ne delicta contra illud admiſſa, impunita maneant, hoc jus exercenti, diligentiſſimè erit obſervandum. Ipſa enim naturalis lex, omnibus obſervanda, dum honeſta præcipit, & inhoneſta prohibet, transgreſſores quoque jubet puniri. Nimirum imperfecta lex eſt, ſanctione quæ caret. Et quamvis Hugo Grotius *in tr. de jure pac. & bell. lib. 2. cap. 20.* arbitretur. Naturam non tam præcipere, ut plectantur delinquentes, quam jure hoc fieri pronunciare. Attamen quantum valoris atque poteſtatis, ejus inſit argumentis; ex iis cognoſci poteſt, quæ Anton. Matth. *tr. de Crimin. ad lib. 48. tit. 19. cap. 5. num. 2.* ſcripſit, ejusq; (quamvis ſuppreſſo nomine) fundamentis oppoſuit. Accedit quod hoc Sacræ quoque Literæ, probent. Quod enim natura obſcurius docet, id Sacræ Literæ ſanctionibus multis, clarum reddiderunt & perſpicuum. Sic DEUS T.O.M. vetat maleficio parci. *Ne,* inquit, *parcat ei oculus tuus ut miſerearis & occultes eum. Deuter. num. 13. vers. 8. &c.*

b) Leges ceremoniales, quà tales, ad hanc pœnarum materiam, pertinere non videntur. Agitur namque in illis, de ceremoniis, i. e. externis actionibus, ſeu geſtibus ſolennibus circa cultum divinum, vel propter ſignificationem, vel ordinem Eccleſiaſticum. Reinking. *de R. S. & E. lib. 2. claſſ. 2. c. 2. num. 10. & 11.* Duo enim illarum fuêre fines; alter ſignificatio typica vel umbratilis in Chriſtum venturum; alter decens ordo, in omnibus ad

cultus

cultus publici externi exercitia pertinentibus obſervandus. Zepp. *de LL. Moſaic. cap.* 1. *pag.* 19. Et quamvis hæ quoque leges transgreſſoribus, nonnunquam pœnam denuntient. Attamen eo reſpectu, ad Forenſium magis ſeu judicialium accedunt naturam. Nec enim abſurdum eſt, unam eandemque legem, ex morali, ceremoniali, aut forenſi, aliquid participare, & ſic, diverſo quamvis reſpectu, & ad forenſem, & ad ceremonialem, & ad moralem referri poſſe. De moralibus itaque & forenſibus tantum, in ſequentibus pauca ſubjiciemus.

c) Communiter enim in has tres ſpecies Dd. divinas leges dividunt. Tiraquell. *de pæn. temper. caus.* 38. *num.* 4. illasque nominatim exprimit Moſes *Deuter.* 6. *vers* 1. *Hæc ſunt* (inquit) *præcepta, & ceremoniæ, & judicia, quæ mandavit Dominus DEUS veſter. Et Deuteron.* 4. *vers.* 13. & 14. *& oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit, ut faceretis & decem verba, quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis, mihiq; mandavit in illo tempore, ut docerem vos, ceremonias, & judicia, & quæ facere debetis in terra quam poſſeſſuri eſtis.*

VIII.

De legis moralis immutabilitate, ac ejus ſanctionibus non remittendis, multis agere non videtur neceſſum eſſe; ſiquidem neminem, cui ſcintilla ſupereſt pietatis, tam audacem reperiri autumamus, qui hanc, ſuâ naturâ conſtantem, ac æternùm valituram legem, abrogare, mutare, aut minuere, aliudque ipſi contrarium ſancire, aut concedere præſumat. (A)

2) Continet enim immutabilem DEI voluntatem & æternæ juſtitiæ regulam, omnibus mortalibus præſcriptam. Reinking. *de R. S. & Eccleſ. lib. 2. claſſ. 2 cap. 2. num. 5. 6.* ubi præcipua legis moralis attributa, quibus cognoſci poteſt, ex Chemnit. *part. 2. locor. commun.* refert. Et quamvis nonnulli, poteſtatem circa leges divinas morales diſpenſandi, Pontifici attribuant. Bald *in l. reſcripta. num. 9. C. de precib. Imper. offerend.* Verùm quam impiè; de eo vid. magnif Dn. Lans. *Diſſert. de LL. th.* 13. 14. & authores inibi allegatos.

IX.

Forenſes quod concernit; illæ in duplici ſunt differentia, (A) quædam enim aut typis ſunt permixtæ, & ſic ceremonialibus compoſitæ, aut ad Statum, rationem & conditionem Reipublicæ Judæorum, peculiarem reſpectum, & ad populi Jadaici ingenia, & quaſi hereditariam indolem, ſingulariter ſunt accommodatæ. Hæ ſuâ naturâ mutabiles, & apud nos ex aliqua obſervandæ ſunt neceſſitate, (B) niſi in Republica quâdam liberâ, voluntate Legislatoris, vel ob perſonarum, vel rerum, locorum, ac temporum, aliarumve circumſtantiarum rationem in uſum fuerint revocatæ. (C) In his itaque ſi certa pœna inveniatur definita, ejusdem naturæ cùm ipſis legibus eſſe cenſetur; ac proinde,

uti

uti in totum mutari, ita in uno atque altero caſu omninò remitti poterit, aut mitigari.

a) Uti eleganter oſtendit Wilhelm. Zepper. *de LL. Moſaic. lib.* 1. *c.* 5. eamque multis exemplis, multorumque inprimis veterum Theologorum confirmat Teſtimoniis. *cap. ſeq* 12.

b) Abolitâ enim Judæorum politiâ, leges quoque illius rationem & formam conſtituentes, aboleri, inanesq; ac irritas reddi oportet. Etenim DEUS T. O. M. illarum Autor Iſraëlitas tantum illas tenere voluit; alios itaque non obligant. Obligatio namque extra jus naturæ, venit ex voluntate leges ferentis. Grotius *de jur. pac. & belli. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 16. Andr. Gerhard. *Decad.* 1. *q.* 2. Wilhelm. Zepper. *de LL. Moſaic. lib.* 1. *c.* 5. 6. 7. 8. & 9. & haſce leges non magis, ac Draconis & Solonis ad nos pertinere, ſcribit D. Lutherus *Tom.* 1. *Witteberg. latin. fol.* 7. & *pag.* 435. *Politia Moſis ideò non eſt neceſſaria, quia non nobis data eſt Lex Moſis, ſed tantùm populo Iſraël. Sicut igitur Patres tenebantur ſuâ Politiâ, ita nos noſtris tenemur.* Et Philippus Melancht. *Tom.* 4. *diſput. ſuarum*, citante Zeppero, *d. tr. c.* 12. *p.* 104. *Errare*, ait, *Carolſtadium, quod ex Lege Moſis res politicas judicandas eſſe finxerit.* Digna quoque ut hûc referantur, ſunt verba Simleri, *in Exod.* 20. quæ refert Zepper. *d. l. Politicæ leges, quæ agunt de rebus civilibus datæ ſunt genti Iudæorum, ad illam politiam conſervandum. Cum autem Reſpublica illa everſa eſt, aliæ gentes his civilibus legibus non tenentur, ut enim diverſa ſunt corporum temperamenta, a diverſa materia: ita & leges differunt, à gentium moribus & conditionibus aliis atque aliis. Aliquæ gentes immanes barbaræ, non niſi atrociſſimis pœnis poſſunt in officio contineri. Alij magis honeſti, & pietatis ſtudioſi ſunt, nec opus eſt tum atrocibus pœnis ad illos coërcendos.*

c) Quæ

c) Quæ autem ex hiſce legibus in uſum revocari, ac in noſtris Rebuspublicis recipi queant, & quæ non, egregiè tradit & explicat Zepper. *d. tr. c. 7. 8. & 9.* Nonnullas ſanè & tutò, & utiliter poſſe recipi, & ipſi Theologi atteſtantur & JCti, D. Luther. *Tom. 1. Witteb. latin. fol. 7. Et nobis liberum eſſe*, ait, *ex Politicis Moſis legibus aliquas recipere, ſi quæ viderentur convenire, multaq́, in illis optimè & pulcherrime eſſe conſtituta, quæ prodeſſet imitari & alias politias*, quibus tamen ſubjicit: *Sed ne accedat opinio neceſſitatis, quaſi DEI mandato aut neceſſario exemplo, oporteat nos iisdem legibus uti: Hanc neceſſitatem imponi nobis non patimur, ſed libertatem retineamus, vel Moſaicis aliquibus, vel aliis utendi.* Sic Chemnit. *part. 2. loc. de Lege cap. 4. Noſtras*, inquit, *præferimus, non ſimplici collatione ſed ob temporum, loci, gentis, ac Reipubl. conditionem.* Et Melancht. *in loc. communibus, loco de Conjug.* ſcribit: *Exemplum Legis Moſaicæ, plus munit conſcientias quam alia argumenta. Quia ex teſtimonio legis divinæ certi ſunt legislatores, & judices, ſe non facere contra voluntatem DEI.* Plura Theologorum teſtimonia refert Zepper. *d. tr. c. 12. p. 109. & ſeqq.* Et Celeberrimus JCtus Andr. Gerh. *Decad. 1. q. 1. in fine.* ait: *Interim non negantes, quibusdam nos licitè uti poſſe, imò maximè cum applauſu bonæ conſcientiæ*: cum hæ leges maximè oſtendant, ea quæ in illis præcipiuntur, non eſſe contra jus naturæ. Grotius *de jure pac. & bell. lib. 1. c. 1. num. 17.*

X.

Quædam verò leges forenſes, ex cauſa perpetua ac univerſali, ex ipſis juris naturæ principiis ac moralium legum fundamentis deſumptâ, & apud omnes gentes valiturâ, ſunt conſtitutæ. Et ſic quodammodo, legis naturæ, ac

ræ ac Decalogi, appendices ac explicationes, illam ad certas ſpecies applicant & determinant. (A) Si itaque his legibus, pœna alicujus delicti definiatur; illam nec tolli, (B) nec minui, aut remitti poſſe, (C) ſi quis ſtatuat; à vero haud aberrabit, maximeque ſuæ proſpiciet conſcientiæ.

a) Zepper. *in ſæpe laudato tr. de LL. Moſaicis c. 10.*

b) Cum enim in hiſce pœnis determinandis ac definiendis, DEUS, Summus Legislator, non ad ſpecialem Reipublicæ Judaicæ rationem ac conditionem reſpexerit: ſed ex cauſis univerſalibus, ad Decalogi authoritatem, ſartam tectam conſervandam ac defendendam, & ad charitatem atque juſtitiam inter homines, ei quæ eſt in mente divinâ conformem, ſtabiliendam, illas propoſuerit; Non ſanè ad Judæos reſtringendæ, ſed ad omnes gentes pertinere, ac quodammodo naturam ac rationem legum moralium participare videntur. Zepper. *lib.* 1. *c.* 1. *8. & 10.* cui conſentit Reink. *de R. S. & E. lib.* 2. *claſſ.* 2. *c.* 2. 1. 6. dicens: *Si forenſes leges, in lege morali fundamentum habent, tunc non ut forenſes, ſed ut morales, & quatenus de iis participant, adhuc obligant, tanquam appendices legis moralis & decalogi, &c.* Et cum inter delicta pœnasque juſta proportio ac æqualitas ſit obſervanda: quis melius æſtimabit, & delictorum & pœnarum quantitatem, & æqualitatem, quam ipſa juſtiſſima DEI maximi ſapientia? Hinc Beſold. *l.* 1. *Polit. c.* 3. *§.* 4. *n.* 2. *Nihil æquius eſt, quam eo modo de criminibus ſtatui, quo abſolutiſſimi Divini judicij æquitas ſancivit.* Qua itaque conſcientiæ quiete, nonnullæ gentes, haſce pœnas aut in totum tollere, aut planè non obſervare queant; ipſi, penes quos harum rerum cura,

eſt, ac poteſtas, videant. Cæterùm prædictas pœnas pro temporis, loci, perſonarum, aliarumque circumſtantiarum ratione, nonnunquam exaſperari poſſe, haud inficiamur; modò hoc adhibeatur temperamentum, ne à Lege DEI tanquam perfectiſſimo rationis & legum condendarum juſto exemplari, longiſſimè abeant atque diſcedant.

c) Etenim harum legum, non Domini, ſed Miniſtri ſunt Reges, atque Principes, *Rom. 13 vers. 4.* De alieno itaque largiri & favorem aucupari non debent. Zepper. *d. tr. lib. 5. c. 7. p. 709. Quoniam cum eſſetis miniſtri* dicitur *Sap. 6. vers. 5. regni ejus non rectè judicaſtis, neque legem conſervaſtis, nec conſilium DEI eſtis ſequuti, horribiliter ſuper veniet vobis & repentè: quoniam judicium in proceres exercebitur ſeveriſſimum.* Ipſis enim injunctum eſt, ut non parcant ſceleratis, neque occultent reum, ſed auferant malum è medio. *Deuteron. 13. vers. 8. & 17. v. 12. cap. 19. vers. 19.* Quo etiam pertinet 1. *Samuel.* 15. *vers.* 22. 25. 2. *Samuel.* 3. *vers.* 38. *&c. vers.* 14. 21. Hinc Regi Iſraëlis Achabo, ob Benhadabum Syriæ Regem captum, & è manibus dimiſſum, dicitur à Domino; *quoniam virum morte dignum dimiſiſti, erit anima tua pro anima ejus, & populus tuus pro populo ipſius.* 1. *Reg. 20. vers. 42.* Et Dn Carpzov. *tr. Crimin. p. 3. quæſt. 150. num. 30. Quemadmodum*, ait, *Majeſtatica poteſtas, ob politicas tantum rationes, pœnas introductas facilius condonare poteſt: ita à nemine remitti poſſunt eæ pœnæ, ad authoritatem Decalogi tuendam, à DEO ipſo quæ ſunt ſancitæ.* Idem docet Beſold. *lib. 1. Polit. c. 3. §. 4. n. 2.* & apud Arumæ. *de jur. publ. vers. 3. diſcurs. 15. th. 13.* Dn. Cunrad. & Bened. Carpzov. & Bodinus *lib 1 c. 10. de Republ. Ego*, inquit, *nec Principibus ullis, nec mortalium cuiquam veniam largiri licere ſtatuo, ſi ſcelus divina lege capitale fuerit.* Ad cætera, jam nunc poteramus pergere, niſi objectio quædam hic nos moraretur. Nimirum, an ea propter omnis remiſſio,

miſſio, omnis mitigatio hiſce in pœnis ſit excludenda? Etenim, quid ſi (objectant nonnulli) lex ejusdem generis aut efficaciæ, aut etiam majoris concurreret, & remiſſionem, aut mitigationem ſuaderet? Nonne Judas Machabæus, quando die Sabbathi ab hoſte Antiocho infeſtabatur, utramque Legem divinam, Sabbathum eſſe ſanctificandum, & populum Eccleſiamque defendendam, ſimul haud obſervare valens, magno ſuo populique damno, poſteriorem præferendam eſſe didicit? 1. *Machab.* 2. *vers.* 34. 41. Quid ſi ſalus publica, ut ſuprema Reipublicæ Lex, diſpenſationem, ſeu mitigationem pœnarum efflagitaret? Omnem ne itaque æquitatem reſpuit jus Divinum? Joh. Althus. Dicæolog. *lib.* 1 *c.* 16. *n.* 6. *& ſeqq.* Beſold *diſp. ad π. lib.* 1. *th.* 1. Nonne melius, unus ut ſervetur, ne unitas periclitetur? Cum faciliмè in eo Summi Numinis ſperetur venia, per quot multorum ſalus & incolumitas procuratur. *l. provinciarum.* 10. *C. de Feriis.* Nos breviter ſic tenemus ac judicamus. Cùm quæſtiones de pœnis jure Divino conſtitutis, remittendis, mitigandis, mutandis aut tollendis, Principum inprimis conſcientiam concernant; eapropter non meritò tantùm, ſed & neceſſariò, in illis dijudicandis, ad Theologos recurrendum, illorumque judicium eſſe adhibendum. Collimat hûc, Thom. Campanellæ *de Monarch. Hiſpanica* conſilium: (cujus etiam ſupra *th.* 2 *lit. e.* fecimus mentionem) Gratiæ ſcil. Tribunal, quod inſtituendum cenſebat, ex ipſo Rege, ejus Conjuge, atque primogenito, & præcipuo religionis Antiſtite debere conſiſtere. Forſtner. *Hypp. Polit.* 39. *in fin.* Confirmarunt hanc quoque ſententiam Dnn. Scabini Lipſienſes, ſimilem dùm quæſtionem, in cauſa homicidii à Nobili quodam commiſsi, ad Reverendos remiſerunt Theologos, uti videre eſt ex illorum Reſponſo, quod extat apud Dn. Carpzov. *tr. Crim. part.* 3, *quæſt.* 150.

quaſt. 150. *num.* 43. ibi: Dieweil die Frage/ ob der Herr Rele/ unter deſſen Gericht ſich die That begeben / ohne andere erhebliche Vrſachen / auff deß Thäters und ſeines Weibs Freunde / auch fürnehmer Grafen und Herren Fürbitt allein/ dem Thäter mit gutem Gewiſſen / auß Gnaden das Leben ſchencken / und ſolches gegen Gott verantworten könne/ als Gewiſſens-Sachen / für die Geiſtlichen und Theologen gehört / ſo haben wir darauff zu erkennen Bedencken. Quæ itaque de hiſce juris divini pœnis, hoc in diſcurſu traduntur, haud eo animo accepta volumus, ac ſi nobis in illis, judicis vindicaremus partes. Aliò namque & ad alios idipſum ſpectat. Nos vero, quæ hac de re, paſſim atque ſparſim & ex Theologorum, & JCſultorum ſcriptis, hactenus didicimus, ut & aliis hac de materiâ ulterior indagandi ac diſſerendi præberetur occaſio, pro temporis perquam exigui nobis conceſſa ratione, hûc tantum carptim adducere, aliorumque cenſuræ ſubjicere, operæ pretium duximus. Cæterùm in prædictis caſibus, nec hoc inconſultum videtur, ſi interdum pœnæ in tempus differantur. Sicuti enim Medici, interdum quiete, quam movendo atque agendo plus proficiunt, & in morbis, nihil magis periculoſum habetur, quam immaturâ medicinâ uti: ita ſatius quoque erit, delictorum pœnas nonnunquam differre ac protelare, quàm intempeſtivis remediis delicta accendere. Ubi enim largiri flagitioſum & negare periculoſum eſt; differre remedium eſt, docente Dn. Forſtnero *in notis ad Tacit. lib.* 1 *annal. vers. cùm arbitrium Senatus & Patris obtenderet.* Hæc hactenus. Sequuntur jam pœnæ, à Dd. quæ communiter, ex univerſalibus ac immotis cauſis cenſentur, conſtitutæ. Cæterùm cum illas omnes hûc adducere, & cauſas circa illas controverſas, & emergentia dubia hic definire, nimis ſanè longùm foret; idcircò uberiorem de nonnullis, diſputationem,

nem, in aliam differemus commoditatem; de nonnullis verò, ad hanc tamen claſſem æque pertinentibus, paucisſimis jam nunc acturi. Primum autem locum obtineat, capitalis Blaſphemiæ pœna, utpotè quam Jehova ipſe conſtituit, & obſervare mandavit, inquiens: *Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput ejus, & lapidet eum populus univerſus. Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum: & qui blaſphemaverit nomen Domini, morte moriatur. Levit. c. 24. v. 14. 15. 16.* Nimirum eſt hoc crimen omnium maximum, maximè horrendum, cum immanitate, tùm gravitate. Vultej. *ad §. 3. inſtit. de publ. jud.* Berlich. *part. 4 concl. 1. n. 8.* Gilhaus. *in ſua arbor. judic. crim. c. 2. tit 1 n. 8.* Quippe quod maledictionem Regioni accelerat, & fames, & terræ motus, & peſtilentias cauſatur. Novell. *77. quo fac. Receſſ. de Anno 1495. Wormatiæ tit.* Königliche Satzung von den Gotteslaͤſterern. *ibi:* daß Gott unſer Schöpffer ſchwerlich/ davon beleidigt/ und der Menſchen Seelen ſeiner Göttlichen Gnaden ewiglich beraubet/ und unwürdig werden/ auch vormals auß ſolchem/ Hunger/ Erdbidem/ Peſtilentz/ und andere Plagen auff Erden kommen und gefallen ſind/ ꝛc. Et Reformatio guter Policey zu Augſpurg/ *de Anno 1530. tit.* von Gotteslaͤſterung. *ibi:* dieweil aber ſolches der beſchwerlichen übel eins/ dadurch Gott der Allmächtige/ nicht allein gegen den übelthätern/ ſondern auch den Obrigkeiten/ die ſolches zu wehren ſchuldig ſeyn/ und gedulden/ zu den Wercken deß Zorns/ und erſchröcklicher/ zeitlicher und ewiger Straffe bewegt wird/ ꝛc. Hujus itaque criminis, lege divinâ conſtitutam capitalem pœnam, reo à Principe, haudquaquam remitti poſſe, docent Gerhard. *Tom. 6. de Magiſtr. num. 308. q. 2.* Valent. Winther. *Parthen. litigios. lib 2. c. 12.* Limnæ. *de jur. publ lib. 4. c. 8. p. 280.* Hunn. *Colleg. Crimin. d. 15. th. 23.* Berlich. *in delib. jur. tit. de pæn.* Comprobant

hoc præalleg. *Receſſ. de Anno 1495. Wormatiæ. d. tit.* ibi: und mit der letzten Straff deß Todes gepeiniget werden ſollen. *& in fin.* und alſo ohne Gnad geſtrafft werden ſollen. Idem ferè repetitur *in Ordin. Pol. de Anno 1548. Auguſt. tit.* von Gottsläſterung/ꝛc. *& in Ordin. Polit. Francof. de Anno 1577. tit. eodem. Hinc pœnarum capitalium*, inquit Bodin. *nulla acceptior & gratior eſt, quam quæ acerbiſſimè de contumelia immortali DEO illatâ, exigitur. de Republ. lib. 1. c. 10.* Unde quoque conqueritur Dn. Carpzov. *in jurispr. Forens. p. 4. conſt. 1. def. 1. n. 1.* quod Legislatores, à ſanctione juris divini recedentes, arbitrio Magiſtratuum plerisque in locis nimis multum conceſſerint. In Regno enim Neapolitano, in Hiſpaniâ, Galliâ, Italiâ, aliisque Provinciis, abrogatâ mortis pœnâ, arbitrariam tantùm ſtatutam eſſe, ex multis Dd. teſtimoniis, tradit Berlich. *part. 4. concl. 1. n. 48. & ſeqq.* In noſtro ſanè Imperio dictis poſterioribus ultimis Ordinationibus *de Anno 1548. & 1577.* pœna mortis præfinita eſt. Sub hoc tamen temperamento, ut interdum ex ratione circumſtantiarum, & qualitatis blaſphemiæ, in abſciſſionem membrorum (quo linguæ, quæ blaſphemavit, intelligunt amputationem) mutari queat. Videatur Dn. Carpzov. *tr. Crim. part. 1. q. 45. per tot.* ubi copiosè de blaſphemiæ pœna diſſerit & Berlich. *d. conclus.* Quod & Elect. Saxon. in ſuis Provinciis ſpeciali comprobavit conſtitutione. Secundum quam aurigam quendam, qui tempore pluviæ ingentis, DEO omnipotenti, per ſancta Sacramenta maledixerat, uxoris, liberorum, aliorumque interceſſionibus haud obſtantibus, Lipſiæ Anno 1642. capite puniri, ipſe vidi. Blaſphemiæ pœnam excipiat, capitalis homicidii doloſi & deliberati pœna; die Straff eines böslichen und vorſetzlichen / mit vereinigtem Willen und Muth / begangenen Todſchlages / quam reo remitti, nullo modo poſſe, & Theologi conten-

niunt

ſentiunt & JCti, Andr. Gail *2. obſerv. 110. num. 19.* Beſold. *lib. 2. Polit. c. 2. §. 3. & 4.* Hunn. *Colleg. Crim. diſp. 15. th. 23.* Petr. Theodor. *Coll. Crim. diſp. 10. th. 7. lit. b.* Heig. *2. q. 24. num. 30. & ſeqq.* Covarr. *2. var. reſol. c. 9. n. 2.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 282.* Valent. Winther. *Parthen. litigios. lib. 2. c. 12. num. 31.* Carpzov. *ad L. Regiam. c. 9. ſect. 11. num. 22.* Etenim, in hac primâ & antiquiſſimâ lege, de vindicanda defuncti nece, unica expiationis forma ponitur; nimirum, *qui ſanguinem effudit humanum, ipſius quoque ſanguis fundetur. Gen. 9. vers. 5. 6. Exod 21. vers. 12. 14 Levit. 24. vers. 17. Num. 35. vers. 16. & ſeqq.* Accedit, quod in hoc delicti genere commiſeratio nominatim prohibeatur. *Num. 35. vers. 31.* & tale homicidium, qui commiſerunt, aſylorum jure haud ſubleventur; & ab altari Domini avelli & occidi jubeantur *Exod 21. vers. 14.* Ethnici ſanè, iniquum judicarunt, vitæ gratiam ei fieri, alii qui vitam eripuit. Ipſi enim, quanta in abſolvendo homicida cautione uſi fuerint, vel ex exemplo & eleganti, Tullii Romanorum Regis diſcurſu de Horatii patricidio apud Halycarnaſs. *lib. 3.* poterit cognoſci. Draconem quoque ſpeciali lege conſtituiſſe, ne ab homicidis pecunia acciperetur, refert Heig. *p. 2. q. 24 n. 35.* Principes itaque, niſi cum Rege Saulo contra DEI mandatum erga Malekitorum Regem Agor intempeſtivam clementiam exercente, aut cum Davide, filio fratricidæ parcente, Divinæ juſtitiæ iram, probra & contumelias provocare, & regno malint periclitari. 1. *Samuel. 31. vers. 4.* 2. *Samuel. 15.* abſtineant, ab hujusmodi atrociſſimi delicti gratia, & mandata divina potius exequendo, & homicidas prometitâ pœnâ puniendo, territoria ſua ab innocenti ſanguine liberent, haud reſpicientes, Regis filius, ſit homicida, an non; Secularis, an clericus. Carpzov. *tr. Crim. p. 1. q 2. n. 16. & ſeqq* Plebejus an nobilis, Carpzov.

 d. quæſt. 2.

d. quæſt. 2 num. 8. & ſeqq. Nec movet, quod Ludov. Molin. *tom. 4 de juſtit. & jur. diſp.* 22. Nobiliſſimum haud capitali pœna puniri debere exiſtimet, ignobilem, injuſtè ac ſimplici homicidio ſi interfecerit. Hoc namque aſſertum à jure Divino quàm maximè eſt alienum. Generaliter enim DEUS. T. O. M. conſtituit: *Quicunque effuderit ſanguinem humanum, illius ſundetur. Genes. 9. v. 6.* Ratio quoque in hac divina æternumque valitura conſtitutione, quæ ſubjicitur, æque in plebejo pugnat, ac in nobiliſſimo. Dicitur namque *ad imaginem quippe DEI factus eſt homo.* Hinc Dnn. Scabini Lipſienſes *Anno 1598.* Præfecto in Löwenſtein ad hunc modum reſponderunt; So wird gemeldter von Adel wegen ſolcher angedachtem armen Mann begangener Entleibung / hinwieder mit dem Schwert / vom Leben zum Tod, billich geſtraffet und möchte ihm auch ſolche Straffe / auff die beſchehene Verbitt allein ohne andere erhebliche und gnugſame Urſachen / von der Hohen Obrigkeit / zu Recht nicht erlaſſen werden. Carpzov. *jurispr. Forens. p. 4. Conſtit. 9. def. 7.* Sic laudatiſſimus Poloniæ Rex Stephanus, barbarum & impium morem, quo nobiles cædem perpetrantes, ſe impunitate gaudere & facinus certâ & exili pecuniæ ſummâ occiſi corpori impoſitâ, redimere poſſe contendebant, prudenter ac juſtè ſuſtulit, ac homicidas doloſos ſine perſonarum reſpectu plectere juſſis, hâc additâ ratione; *illam legem divinam eſſe, quâ ſanguis ejus, qui humanum ſanguinem fudit, rurſum fundi jubetur, longeq; vetuſtiorem illâ, quam allegabant conſuetudinariâ.* Valent. Winther. *in Parthen. litig. lib. 1. c. 13. n. 11.* Theod. *Colleg. Crim. d. 10. th. 7.* Statuta itaque atque conſuetudines, pecuniaria ſaltem pœna, homicidia indiſtinctè punientes, ut iniquas & impias omninò cenſemus rejiciendas Molina *de juſt. & jur. tom. 4. diſput. 22* Covarr. *lib. 2. variar. reſolut. c. 9. num. 2.* Quis enim homicidium pertimeſcit,

meſcit, quod nummis redimere ſe poſſe exiſtimat. *c. pauper.* 11. *q* 3. Hinc talia ſtatuta cauſæ eſſe, inquit Heig. cur difficilè ſit dicere, frequentiores illis in locis ſint hominum cædes; an nativitates. *part.* 2. *q.* 22. *n.* 57. Extitiſſe autem tales conſuetudines apud populos Septentrionales, Danos, Suecós, Polonos, Friſios, Holſatos, refert Heig. 2. *q.* 22. *n.* 43. Bodin. *de Republ. lib.* 6. *cap.* 6. *p. m.* 767. Covarruv. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. quodque ipſi vocabant, **einen todten Hals löſen.** Carpzov. *de L. Regia. c.* 0. *ſect.* 11. *num.* 23. Reperiuntur quidem nonnulli talia ſtatuta defenſare allaborantes, hâc nimirum limitatione adjectâ, ſi offenſæ parti eſſet ſatisfactum, è quorum numero eſt Proſper. Farinac. *tr. Crimin. p.* 4. *conſil.* 2. *n.* 1. Nos autem horum ſententiæ, haud valemus ſubſcribere, tùm, quod hâc admiſsâ limitatione æque adhuc leges divinæ pugnent, quippe quæ præter ſanguinis effuſionem, nullam hîc admittunt expiationem, uti ſuperius dictum eſt; tùm quod privatorum pacta, Reipublicæ, quæ membro privatur, præjudicare, ac publicam vindictam nullatenus queant impedire. *arg. l.* 39. *ff. de pact.* Hinc transactione cum fratribus atque agnatis occiſi initâ, non obſtante; Dnn. Scabini Lipſienſes, non ſemel, capitalem pœnam dictarunt, uti ex illorum præjudicio, quod extat apud Carpz. *tr. Crim.* 3. *quæſt.* 148. *num.* 11. *& ſeqq.* ſatis liquet: **Ob er nun wol darneben vorgewendet / daß er ſich alſo bald ſolcher Entleibung halber / mit deß entleibten Brüdern und Freundſchafft / gütlichen vertragen / und ihnen 180. fl. zum Abtrag gegeben / ꝛc. Da er aber demnach auff ſein gethan Bekantnuß vor Gerichte freywillig verharren / oder deß ſonſt / wie es recht / überwieſen würde / ꝛc. So möchte er / von wegen der an oberwehntem** Blaſio **Mahlbergern / begangenen und bekandten Entleibung / hinwiederumb mit dem Schwert vom Leben zum Tode geſtrafft werden. V. R. W.** De Studioſis quæri-

tur; anne illorum ratione, Statutum, pœnam homicidii doloſi capitalem remittens valere poſſit? Nos cum Dn. Carpzov. negativæ favemus ſententiæ. *part. 4. Conſtit. 9. def. 5.* ſive tale Statutum pœnam capitalem omninò remittat; ſive loco capitalis, perpetui carceris pœnam imponat. Carpzov. *d. Conſtit. 9. def. 6. n. 7.* Quale Lipſiæ extare & obſervari, communiter traditur. Cæterùm quæ hactenus de ſimplici adduximus homicidio, quin æque, imò multo magis in Parricidio, Infanticidio, Fratricidio, Matricidio, Uxoricidio, Latrocinio, Aſſaſſinio, Veneficio, obtineant, neminem autumamus dubitare. Etenim multis LL. reus eſt, ait Plato, qui Parentem occidit, & ſi poſſibile eſſet, ſæpius aliquem mori, juſtiſſimum foret, parricidam ſæpius occidi, quia publicæ vindictæ convenit, hoc tam vægrande ſcelus, publicè & atrociſſimè vindicari. *l. 1. ff. de obſeq. par. præſt.* Et quomodo, inquit Bodinus, Princeps parricidium conſultò perpetratum, quod Lege Divina capitale eſt, diſſimulare poterit? Tantum de homicidii doloſi capitali pœna. Tranſeamus jam nunc, ad Adulterii pœnam capitalem. Et ſanè hanc utpote jure Divino ſancitam, tantoq; crimine condignam, omninò obſervandam, & à Principe nequaquam eſſe remittendam, inter alios rectiſſimè tenent. Magnif. Dn. Carpzov. *tr. Crim. part. 3. q. 150. num. 29. & 30.* Petr. Theodor. *Colleg. Crim. diſp. 10. th. 7. lit. b.* Limnæ. *de jure publ. lib. 4. c. 8. n. 283.* Heig. *p. 2. q. 24. n. 30.* Hunn. *Colleg. Crim. d. 15. th. 23.* Arnilæ. *de jur. Majeſt. lib. 2. cap. 3. p. 264.* Valentin. Winther. *Parth. litigios. lib. 2. c. 12. n. 31.* Quorum ſententiam & ipſe veriſſimam judico; quandoquidem Lex illa, quâ DEUS alienorum matrimoniorum ſubſeſſores morte puniri juſſit, quando dixit: *Si quis adulteraverit alterius uxorem, morte moriatur tam ipſe, quam adultera. Lev. 20. v. 10. & Deuter. 22. v. 22. Si quis concubuerit*

rit cum alterius uxore, morte punitor tam adulter quam adultera, ut tollas malum è medio tui. Ezech. 18. Ioh. 8. vers. 4. & ſeqq. Non merè forenſis, ſolisve Judæis eſt ſcripta, ſed ratione quoque conſtat naturali, & ad auctoritatem 6. Præcepti, tuendam pertinet. Atqui hanc legem naturali conſtare ratione, inde apparet, quod ante eam latam, cum Thamar Judæ nurus, mœchata diceretur clanculum, educi eam atque flammis mancipari ſocer poſtulaverit: quod ſanè non poſtulaſſet, niſi ratio naturalis, jam ante perſuaſiſſet, hanc condignam tanto crimine pœnam eſſe. *Gen. 38. vers. 24.* Accedit, quod Ethnicis hanc ſacratiſſimi juris ſententiam, ſola ratio naturalis dictaſſe videatur. Plato namque, qui authoritate facilè cæteros antecellit, Sacrilegos nuptiarum, non ſolùm beſtiis deteriores exiſtimavit, ſed & lege latâ ſanxit, ut, ſi quis aliis mulieribus commixtus fuerit, quam his quæ cum Diis & Sacris nuptiis, domum venerunt, graviſſimâ adficerentur pœnâ. *lib. 8. de legibus.* Et Ariſtoteles *lib. 7. Polit. cap. 16. Concubitus,* inquit, *omnis, præterquam uxoris, penitus ſit interdictus.* Quid, quod Gentium conſenſus, adulteros capitis ſupplicio puniri jubeat. Græciæ ſanè civitates ſolos adulteros, impunè occidi permiſerunt. Lacædemonii, cum acerbiſſimâ execratione adverſus eos, quos vehementer oderant, uti vellent, inter reliqua domus exitia imprecabantur, ut uxores ipſorum adulteris delectarentur. Lydos, Arabes, Gothos, Longobardos mortis pœnam adulteris inflixiſſe, teſtis eſt Strabo, *16. Euſeb. de præpar. Evang. lib. 6. c. 8.* In antiqua Saxonia, ubi nulla Chriſti cognitio, virgo in paterna domo ſtuprata, vel Matrona adulterio polluta, ſtrangulata cremabatur; Violator vero ſupra ſepulchri foveâ ſuſpendebatur, aut cingulo tenus veſtibus reſciſſis flagellabatur, caſtis matronis oppidatim pungentibus, donec moreretur, Quod Wunetridum

fridum Anglum, cui poſtea Romæ Bonifacii nomen obtigit, ad Edoaldum Anglorum Regem ſcripſiſſe, refert. *Mel.3. Chron. in fin.* Et Beatus Rhenanus *lib.1. rer. Germ.* Et memorabile ſanè eſt, quod de Rege Sicambrorum, Baſano, memoriæ proditum. Hic namque Filium ſuum Sedanum, adulterii poſtulatum, ſecundum legem à ſe latam capitali pœnâ affici juſſit; intercedentibus verò, & ſupplicantibus pro juvene Proceribus, reſpondit: *Nolite, ô viri nobiles, contra juſtitiam militare, & leges quas vobis maturè conſentientibus decrevi: quia facilius eſt ventum in aëre flantem conſtringere manu, quam Baſani Regis animum deflectere ab æquitatis executione*; Auditis his, ſubticuére Proceres; *Pater vero, non ego te*, dixit, *fili occido, ſed lex Patria, quam ſciens prævaricatus es, apprehenſumq; propriâ truncavit manu.* Hæc ex Trithem. *lib. compend. annal.* 1. refert Bockelius *in ſuis viſionibus. vis.5. n.1.* indeque hoc enatum proverbium exiſtimat, **hört up Lieffman / ſent gy nit di grote König Baſan.** Cæterùm quanquam aurea hæc, & ſanctiſſima Lex, pudicitiæ matronalis unica cuſtos, ab Ethnicis ſola natura duce aliisque gentibus quam plurimis, ſanctiſſimè fuerit obſervata; longiſſimè tamen, Chriſtiani, qui præter nativum lumen, lucis cœleſtis Evangelii quoque ſunt illuminati, plerarumque Gentium mores jam nunc, proh dolor! ab ea receſſerunt; quandoquidem divinæ legis præſcriptum, in vindicando adulterio haud ſequuntur, ſed adulterium ære, ſæpius admiſſum, non niſi exilio, aut aliter extra ordinem puniri permittunt. Nimirum quovis ferè tempore, inventi fuerunt, Galbæ Legiſlatores ſimiles, qui, quam alii pœnam ſeveriorem, jure adulteris inferri, exiſtimarunt, ut iniquam fuére deteſtati. Proprio ſcil. tergo metuentes; ut taxat Horat. 1. *Satyr.* Hinc ſeculo hoc noſtro infeliciſſimo & corruptus ævi moribus, laudi paſſim ducitur, & in pre-

tio

tio haberi id vitium cœpit, uti hoc teſtantur, ac de eo conqueruntur Dd. apud Carpzov. *tr. Crim. p.* 2. *q.* 54. *n.* 1. *& ſeqq.* Et in ſpecie de noſtri temporis militibus, Nobiliſſimus atque Ampliſſimus Dn. D. Joh. Otto Tabor, Fautor ac Patronus noſter ſuſpiciendus, in tractatu ſuo de Metatis & Epidemeticis, von Einquartirung. *part.* 2. *c.* 6. *th.* 15. ibi: *ut furto, rapina, raptu, ſtupro & aliis, quæ hoc ſeculo nimis quam licentiosè perpetrantur, maleficiis, ita ut officialem non infimi gradus, uxorem honeſti civis adulterio prius corruptam, tùm mariti theſaurum detegentem, poſtremo impunè abductam viderimus, tribuno ejusdem quam municipium colebat religionis, non connivente ſolum, ſed & jubente, ut altero à patrato facinore die, buccinatores ſolenne carmen civibus occinerent,* Joſeph lieber Joſeph mein! *planè ut Nero exuſtâ Româ ἅλωσιν decantabat Ilij.* In Gallia, ſcribit Rebuffus, nunquam auditum, pœnam gladii adulteris infligi. Imò inibi in laude induſtriæ adulterium poni, teſtatur Anton. Robert. *rer. judic. lib.* 1. *cap* 14. nec non Prænobiliſs. Ampliſs ac Excellentiſs. Dn. Lanſius *in Orat. contra Galliam. p. m.* 191. ubi quoque ex Thuan. *Hiſtor.* 35. refert. non ſolum Aulam Pariſienſem, Anno 1563. factum Pigreterii, priſci moris ac ſeveritatis viri, urbi Aurelianenſi, à Lud. Condæo præpoſiti, eò quòd ſeverius exemplum in Landam Molinum, qui Godardam Joh. Godini uxorem adulterio polluerat, ſtatuiſſet, amboſque & Landam, & Godardam, Aurelis in publica platea laqueo ſuſpendi juſſiſſet, ægrè admodùm tuliſſe; Verum & Proceres præfatæ Curiæ, ſumma impudentia teſtatum feciſſe; ſe propterea à Proteſtantibus (Principem puta Condæum & Pigreterium) ſemper alienos futuros, & vel ob eam cauſam nunquam in eorum verba juraturos eſſe, qui adulteriis hucusque impunitis, novâ & apud Gallos inauditâ ſeveritate, pœnam capitis ſtatuerint. Quamvis, ut

hoc obiter adſpergamus, nonnulli arbitrentur, Proceres odio Proteſtantium ſeu Calvinianorum, ad hoc factum culpandum commotos, minus fortean illud, in Pontificiæ religionis Præfecto fuiſſe culpaturos; ſecundum illud Batavorum veri verbium:

Het iß heel goodt/wat hie deodt/dien men bemint/
Het iß heel quaadt/dien men haat/was hie begint.

In Italia quoque pœnam gladii exoleviſſe, pœnasque pecuniarias frequentari Clarus teſtatur. Parili ratione in pleriſq; Germaniæ Provinciis, alienarum nuptiarum temeratores, non in corpore, ſed in ære, jam nunc luunt; ſecus ſanè, quam Veteres Germani, quibus pœna præſens, & maritis, ut eſt apud Tacitum *de moribus German.* erat conceſſa ac permiſſa. Acciſis namque crinibus nudatam coram propinquis, maritus domo expellebat, ac per omnem vicum verbere agebat, &c. Palatinatus quidem, Saxoniæ, ac Haſſiæ Principes, neceſſum eſt fateamur, gravitatem criminis & legis divinæ voluntatem intuentes, pœnam capitis reduxiſſe. Unde Fich. *conſil.* 115. *n.* 8. *vol.* 1. ſcribit, daß er faſt von keinem Lande Teutſcher Nation wiſſe / auſſerhalb deß Churfürſtenthumbs Sachſen / darinn der Ehebruch mit dem Schwert geſtrafft werde/ illud tamen haud auſim affirmare, in foro Saxonico ſanctionem divinam de adulterio vindicando per omnia & in omnibus obſervari, nec unguem, quod ajunt latum, ab ea recedi. Etenim jus Divinum differentiam ſexus hoc in delicto omnino reſpuit, & utrumque ſexum eâdem pœna adfici jubet. *Omnino,* inquit DEUS, *moriantur ambo: vir, qui concubuit cum muliere, & mulier ipſa: ſic ſuſtuleris malum è medio tui. Deuteron.* 22. *vers.* 22. Nec id immerito. Sunt namque conjuges æquali vinculo, parique fide invicem obligati: nec minus uxor viro, quam vir uxori, debitum reddere tenetur. 1. *Corinth.* 7. & ſicuti mulier ſui

corpo-

corporis poteſtatem non habet, ſed vir: parili ratione, & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier. 1. *Corinth. 7. vers. 4.* Quapropter, ne maritus fidem conjugalem violans ac disrumpens, adulterii pœna puniretur, in procacis autem uxoris poteſtate eſſet, flagitiis ſuis, ſanctiſſimum matrimonii ſolvere vinculum, & multis vectoribus receptis ſubducere ſe pœnæ adulterii. Idcirco lege divina cautum, ut uterque eodem ſupplicio, eademque afficeretur pœna. Atqui jure Saxonico adultero cæſo, adultera capitali pœna ſubducitur. Extra namque Electoratum, uxores adulteræ, virgis cæſæ in monaſterium detruduntur; aut in locis reformatarum Eccleſiarum, una cum fuſtigatione in perpetuum relegantur. P. Heig. *p. 2. q. 29. n. 72.* Weſenb. *in parat. ff. ad L. Iul. de adult. num. 19.* Pingiz. *quæſt. 45. n. 2.* Hancque pœnam uxoribus adulteris extra Electoratum à Dnn. Scabinis Elect. Saxon. dictari comprobat Dn. Carpz. *tr. Crim. p. 2. q. 53.* hiſce formalibus: Hat E. W. ein Ehemann/ in gutem bekant/ daß er mit Margarethen/ J. S. Eheweibe/ in Abweſen ihres Manns/ zu etlichen unterſchiedlichen malen fleiſchliche Unzucht verübet und geehbruchet. Inmaſſen dann der Gefangene/ als ſie deßwegen auch endlich befragt worden/ ſolches alles gleicher Geſtalt außgeſagt und geſtanden. Da nun E. W. auff ſolcher ſeiner gethanen Bekantnuß/ für Gericht freywillig verharren/ oder deß ſonſten/ wie recht/ überwiſen würde; So möchte er ſolches begangenen und bekandten Ehebruchs halben/ mit dem Schwert vom Leben zum Tod geſtraffet werden. So viel aber die Weibsperſon belanget/ ſo bleibet dieſelbe/ vermöge gemeiner geſchriebener Keyſerlichen Rechten/ mit der Todesſtraffe verſchonet/ ſie würde aber/ wofern das Cloſterleben deß Orts abgethan/ billich zur Staupen geſchlagen/ und der Reuſiſchen Gerichten ewig verwiſen/ rc. De Ditionibus quidem Electoratus Saxoniæ aliter dicendum

venit;

venit; in illis namque utrique perſonæ, tàm mulieri adulteræ, quàm viro adultero, gladii pœna indicitur, *uti ex Ordin. Prov. de Anno 1543. ſub tit.* von Straff deß Ehebruchs patefcit. *ibi*: **Wo aber hinfürder in unſern Landen ein Eheweib vorſetzlich mit einem andern Mann Ehebruch treibet/ ſo ſoll ſie mit der Straff/ die den Ehemännern geordnet/ deßgleichen der Mann / ob er wol ein ledige Perſon / nemblich mit dem Schwert geſtraffet werden.** Sic porrò jus Divinum absque ulla ſpe veniæ, adulteros capitis damnari jubet, & ut loquitur Gregorius, ſine miſericordia. *c. reor. 23. q. 5.* At in foro Saxonico ſi reconciliatio, vel remiſſio adulterii, inter conjuges interveniat, pœna quoque ordinaria & ſupplicium mortis, Reo remittitur. Carpz. *tr. Crim. part. 2. q. 55. n. 2. & ſeqq.* In perpetuum tamen relegatur, cumque eo ſimul innocens migrare tenetur. Dan. Moller. *ad Conſt. Elect. 19. n. 12. p. 4.* Nec intereſt, expreſſa fuerit illa remiſſio, an tacita; ſi nempe maritus ſciens uxorem adulteram, ſe carnaliter cum eâ commiſcuerit. Atque hanc ſententiam certam eſſe & indubitatam, nec non ſecundum illam, à Dnn. Scabinis ſemper pronunciari refert Dn. Carpzov. *d. tr. p. 2. q. 55. num. 44.* Nos hanc pœnæ adulterii capitalis remiſſionem, juri divino adverſari, & ex illo haud probari poſſe, arbitramur. Tandem jure divino cum ſponſa quoque adulterium committitur; & ſponſæ violator capite plectitur. Sic enim *Hoſeæ 4. v. 13.* dicit DEUS: *Filiæ veſtræ fornicabuntur & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Et Deuteron. 22. v. 24. Si puellam virginem deſponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate, & concubuerit cum ea, educes utrumq; ad portam civitatis illius, & lapidibus obruentur, puella quia non conclamaverit, cum eſſet in civitate, vir, quia humiliaverit uxorem proximi ſui.* At de jure Saxonico ſponſaliorum temeratores, ſponſus ſit, ſive ſponſa, non capite puniuntur; ſed pœnâ fuſtigationis ac perpetuæ

perpetuæ relegationis coërcentur. Prout hæc pœna illis expreſsè determinata legitur, in Conſtit. Electorali Ecclesiaſtica. in Churfürſtl. Sächſiſcher Kirchen-Ordnung. *ſub tit.* von der Straff der Unzucht und deß Ehebruchs. §. Würde aber, *ibi*: Würde aber auch iemand eines andern Braut/ ehe dann der Bräutigam beygelegen / wiſſentlich beſchlaffen / ſo ſollen beyde Perſonen zur Staupen geſchlagen und deß Landes ewig verwiſen werden / ꝛc. Carpzov. *d. tr. part. 2 q. 56. n. 41.* Cæterùm ut eò, quò aliquantò longius digreſsi, redeamus. Quanquam non deſint, qui ſtatuta ære adulteros punientia, defenſare ſatagunt, aliquid nimirum, hocce in crimine humani vitii verſari exiſtimantes, accuſare quod facilius multò ſit, quam vitare; ac interdum vix quemquam eo offendi crimine, quin ſit quod in eo prius accuſetur; cum ita plerumque in vita contingat, in aliis ut ſeverè animadvertamus, quæ nobismet ipſis permittimus: utque aliena vitia in oculos habeamus, à tergo noſtra ſint; uxoresque plus ſæpè, vitio maritorum, negligentiâ, credulitate, vel exemplo, quam ſua ſpontè delinquere. videatur Heig *p. 2. q. 29. n. 75.* Carpzov. *tr. Crim. p. 2. q. 54. num. 13.* Attamen, hæc omnia leviora eſſe arbitramur, quàm ut vel adulterorum peccata elevare, vel conſcientiæ Judicis, graviſſimis & ſeveriſſimis pœnis hoc crimen non coërcentis, valeant ſatisfacere. Sive enim Criminis atrocitatem, ſive verbi divini ponderemus authoritatem; non poſſumus, quin, hoc crimen, non niſi morte reorum poſſe expiari, firmiter concludamus. Unicum modo dictis, & de adulterii pœna allatis, obiter adhuc annectere allubeſcit; Judæorum nimirum ſpecialem & mirabilem in puniendis adulteriis, quem ſervare dicuntur, modum; quippe quem ex aliorum fide recenſet Petrus Pappo im Holländiſchen Kriegsrecht und Artickelsbrieff. *artic. 3. lit. d.* Das iſt etwas

ſonderliches/inquit, was Schwartzmeyer *lib.* 1. *Miſcellan. jur. cap. ult. in fin.* ſchreibet/welches er von vielen Juden gehöret/daß bey denſelben der Brauch ſey; Wann ein Weib im Ehebruch begriffen wird/daß ſie 40. Tage nach einander auff jeden Tag eine halbe Stunde/deß Winters nackend/ biß an den Nabel/in kalt Waſſer/und deß Sommers/auff einem Ameiſen-Neſt ſitzen/und darbeneben ein gantzes Jahr ohne Hembd gehen/und deß Nachts auſſerhalb der Thür ſchlaffen muß. Vide Joh. Buxtorfii *Synag. Iudaic. c.* 34. & D. Eberhardi Speckhan. *Diſſert.* von der Juden Ordnung. *thes.* 11.

Ulterius jam nunc, de Sortilegii & Sodomiæ pœna capitali, quam etiam ad jam explicatarum Dd. referunt claſſem, dicendum nobis eſſet; attamen cum ad alia, neceſſum eſt properemus. Idcircò hiſce de pœnis plura legere cupientem remittimus ad Dn. Carpzov. *tr. Crim. ſæpè citat. q.* 150. *n.* 29. Harpprecht. *ad* §. 5. *Inſt. de obligation. quæ ex delicto proven.* Heig. *p.* 2. *q.* 24. *num.* 31. Petr. Theodor. *Colleg. Crimin. diſput.* 10 *th.* 7. Damhoud. *prax. Crim. cap.* 147. *n.* 6. Cluten. *Syll. rer. quotidian. th.* 8. *lit. g.* Heig. *p.* 2. *q.* 28. *n.* 82. *&c.*

XI.

Hactenus de pœnis jure divino ſancitis. Sequuntur pœnæ jure humano conſtitutæ. Jus autem humanum, vel latius patet, vel arctius. Hoc civile, quod à poteſtate civili, quæ ſcil. civitati præeſt, proficiſcitur: illud gentium, quod ſcil. gentium omnium, aut multarum voluntate, vim obligandi accepit, dicitur. (A) Cum a. Princeps Juri gentium ſuo modo

modo adſtringatur; pœnas mutuo & uniformi conſenſu receptas, illoque jure definitas, non facilè, nec absque urgentiſſima ratione & causà remittere debet. (B)

a) Hugo Grotius *de jur. pac. & bell. lib.* 1. *c.* 1. §. 15.

b) Limnæ. *de jure publ. lib* 4. *c.* 8. *num.* 279. Anton. Matth. *de Crimin. ad lib.* 48. *ff. tit.* 19. *c.* 5. *n.* 2.

XII.

Si pœna Jure civili ſit determinata; iterum cenſemus diſtinguendum, utrum delictum quoque quod puniendum venit, jure tantum civili ſit prohibitum, (A) an vero ex alio jure deſcendat: illius pœnam ſuperiores quibus jus Aggratiandi competit, in totum remittere; hujus verò, ſaltem posſunt mitigare.

a) Ut ſi Legislator res, quas Ariſtoteles 5. *Ethic. c.* 10. *μέσα* vocat, ſeu mediæ naturæ, quæ per ſe ſimpliciter atque moraliter, neque bonæ, neque malæ dici merentur, ob politicam aliquam ac probabilem cauſam, certa ſub pœna, aut faciendas præcipiat, aut fugiendas prohibeat. Sanè ſi quis hac lege latâ, contra illam, vel omittendo quid admittat vel committendo, juſtè poterit puniri. Verùm, cùm in Principis liberrimâ ſit poteſtate, totam hancce legem tollere, & rem ſuæ primævæ reſtituere naturæ, quin unum alterumvè, in hancce legem committentem, pœna valeat eximere indubium eſt. V.C. Si quis, vel in ſecundo gradu lineæ collateralis æqualis, vel in tertio inæqualis, aut conſanguinitatis, aut

affinitatis ratione, ſecundum conſuetudinem ubique ferè receptam, prohibitas contrahat nuptias. Carpzov. *tr. Crim. p. 2. quæſt. 73. num. 89.* Georg. Schultz *Synopſ. Inſtit. tit. de Nupt. lit. g.* E. g. ratione conſanguinitatis. So einer ſeines Vatters Schweſter Tochter/ oder ſeines Vatters Schweſter Sohns Tochter zum Weib nähme. Et ratione affinitatis. So einer ſeines Vatters Schweſter Sohns Frau: Oder ſeines Vatters Schweſter Tochter Sohns Wittibe/ zum Weib nähme. Item ſi ratione affinitatis, in linea aſcendente vel deſcendente ſecundi tamen generis, prohibitum matrimonium ineat, ut: So einer ſeines Stieffvatters oder Schwiegervatters hinterlaſſene Wittibe zum Weibe nehme/ꝛc. Hos omnes delinquere, & plurimis in locis certâ, & quidem plerumque relegationis, vel temporalis, vel perpetuæ, conſtat affici pœnâ. Id quod in Electoratu Saxoniæ nihil dubii habet, quandoquidem hoc expreſsè diſpoſitum *in Ordin. Eccles. Elect. Sax. tit.* von Eheſachen. *rubr.* Welchen Perſonen ſich in Ehegelöbnuß mit einander einzulaſſen verbotten. §. Die Perſonen/ welche ſeit halber. *vers.* Würden ſich aber/ꝛc. *In verb.* Da ſich auch ſolche Perſonen mit einander fleiſchlich vermiſcheten/ ſollen ſie deß Landes ewig verwieſen werden/ꝛc. Item §. Wie nun den Perſonen. *ibi*: Wie nun den Perſonen in Blutfreundſchafft/ ſich in Ehegelübde einzulaſſen verbotten/ alſo ſollen auch die/ welche Schwagerſchafft halber/ einander ebenmäſſig verwandt/ ſich in Ehegelöbnuß nicht einlaſſen/ den ſo nahe/ als der verſtorbene Ehegatte ſeinen eigenen Blutsfreunden zugethan/ ſo nahe iſt auch denſelben ſein hinterlaſſener Ehegatte/ Schwägerſchafft halben verwand/ꝛc. Derowegen/ da ſich ſolche nah beſchwägerte Perſonen in Ehegelübde einlaſſen würden/ ſollen ſie im Lande nicht getrauet/ noch weſentlich geduldet/ und da ſie

ſich hierüber fleiſchlich vermiſcht / deß Landes ewig verwieſen werden/ꝛc. Videatur Carpzov. *tr. Crim. part.* 2 *q.* 74. *per tot.* Cæterum quia & hujus pœnæ determinatio, & delictum ipſum, ex jure civili deſcendit, utique vel mitigari, vel in totum poterit remitti. Carpzov. *tr. Crim. p.* 2. *quæſt.* 74. *num.* 93. *& lib.* 5. *Reſpons. Iur. Electoralium. tit.* 10. *Reſp.* 112. Adſtipulatur Limnæ. *de jur. publ. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 284. ita ſcribens: Si quæ verò alia ſuperſint delicta, quæ non naturâ, non lege divinâ, ſed humana atque civili tantum, pœnam merentur, & præcipuè talia ſunt, quæ contra ſolum Principis jus, & perſonam ejus commiſſa ſunt; in illis remiſſionem Principi concedimus meritò. *l.* 2. *C. ſi quis imper. maled. C. inter querelas.* 23. *quæſt.* 4. Beſold. *l.* 1. *polit. c.* 3. *§.* 4. *num.* 4. Hunn. *Colleg. Crim. diſput.* 15. *th.* 24. Hinc Theodoſius junior, ab amicis interrogatus, cur neminem eorum, qui ipſum læſiſſent ſupplicio capitis afficeret, fertur reſpondiſſe: *Vtinam mihi liceret & mortuos ad vitam revocare. Ad privatas quidem injurias oportet Principem eſſe facilem ad ignoſcendum, ſed in aliis, quæ lædunt Rempublicam decet eſſe ſeveriorem.* Theodor. *in Colleg. Crimin. diſput.* 10. *th.* 7. *lit. b.*

b) Multa namque dantur, in ſe & ſuâ natura mala, & propterea natura dictante punienda. Quo autem quantoque pœnarum genere hæc ſint coërcenda; nec jus naturale, nec divinum adhuc obligatorium, expreſſe determinavit: ſed quælibet demum gens, populus, civitas, vel hanc vel illam conſtituit, ac interdum in mitiorem, nonnunquam in graviorem permutavit; prout nempe & mores & ingenia, hujus illiusve gentis, ac Ratio Status ſuadere videbatur. Quapropter ſicuti arbitrii priorum fuit, ita nec minus hodie ſuperioribus erit permiſſum, haſce pœnas vel generaliter mutare, vel una atque altera

cauſa ſuadente, in ſingularibus caſibus emergentibus, determinare, & ſic generaliter, & ordinario jure civili definitas, mitigare, hoc tamen adhibito temperamento, ne delicta lege Naturæ punienda maneant impunita. Sic capitalem furti pœnam, ubivis ferè jam nunc receptam, quin Princeps potis ſit mitigare, ac in pecuniariam convertere haud dubitamus. Civili namque jure eſt impoſita; & nominatim hoc legitur approbatum, *in Conſuet. Burgundiæ. rubr. des juſtices, & droictz. d'icelles. §. 5. ibi in fin. Et s'il renchiet & commet. aultre larrecin il en perdra la vie s'il n'a grace du Prince.* Accedit, quod ipſa furti capitalis pœna, dura quodammodo, & Theologis, & JCtis haud infimi nominis, videatur; ut idcircò jus Aggratiandi, hac in pœna faciliùs admittendum, fortean dixeris. Attamen quia furtum, naturali lege turpe, & prohibitum. *l. 1. §. 3 ff. de furt. l. 42. de V. S.* Ea propter ut fur omnino impunitus dimittatur, nec Lex naturæ, nec publica Reipublicæ permittit utilitas. Nimirum Reipublicæ quoque intereſt, ne delinquentes abeant impuniti. *l. 51. ff. ad L. Aquiliam. c. ut fama ſuæ. 35. X. de ſentent. Excomm.* Et hoc quidem maximè, ſi delicto quodam ipſa lædatur Reſpublica, aut exinde publicum oriatur ſcandalum. Hiſce autem in caſibus, licet pœna jure civili fuerit determinata; Principi tamen non facile à pœna ordinariâ erit recedendum. Hinc in caſu inceſtûs cum fratris vidua commiſsi, ad hunc Dnn. Scabini Lipſienſes reſpondere modum: Ob nun wol bey Hochgedachtem unſerm Gnädigen Fürſten und Herrn/das Weib bißher unterſchiedlich angeſuchet/ daß ſie bey ihren Gütern gelaſſen/ und nebſt ihren Kindern / im Ampt Altenburg verbleiben möchte/ꝛc. So mag doch dieſe anderweit geſuchte Landeſicherung durch Diſpenſation der Lands-Fürſtlichen Obrigkeit / vermittelſt der Rechte / nach Gelegenheit

dieſes

dieſes Falls / weil ſie ein überauß groſſes Ergernuß / auch den Unterthanen dergleichen / und andere Miſſethaten zu verüben / Urſach gegeben würde / nicht vergönnet werden. V. R. W. Carpzov. *tr. Crim. p. 3. q. 150. num. 47.*

XIII.

Secundum quod in hac cauſæ cognitione principaliter attendendum, eſt ipſa juſta ac legitima (A) cauſa. Quæ autem tales ſint, certæ regulæ includi haud poteſt, cum pro delictorum atque pœnarum ratione, major interdum, interdum verò minor, juri Aggratiandi, locum faciat, (B) inprimis tamen, ſalus publica, ut ſuprema lex Reipublicæ, hîc eſt attendenda.

a) Quanquam autem à multis regulæ inſtar tradatur, Principem de plenitudine ſuæ poteſtatis, cujusvis pœnæ reo gratiam poſſe indulgere, nudumque ejus motum, pro legitimâ causâ ſufficere. Moller. *Semeſtr 3. c. 31. & ibidem allegati Dd.* Attamen noſtro ſanè judicio rectiùs & modeſtiùs illi ſentiunt, qui cauſam legitimam, Principem ad remiſſionem ſeu mitigationem moventem, adeſſe debere, ſtatuunt. Limnæ. *d. jur. publ. lib. 4. c. 8. num. 287.* Reinking. *de R. Secul. & Eccles. lib. 2. claſ. 1. c. 8. num. 73.* ne ſcilicet ex indifferenti remiſſione patiatur hebeſcere authoritatis ſuæ aciem. Cic. *in Orat. pro Milone.* ac alios ad ſimilia committenda invitet. Hinc eleganter Mævius *ad Ius Lubecens. lib. 4. tit. 15. artic. 1. num. 12* *Sine cauſa*, inquit, *reſtituens peccat in Rempublicam, quæ eget ſeveris exemplis, ad cohibenda facinora, nec ullà re citiùs corrumpitur, quam pœnarum*

eluſio-

eluſione, quibus ſolis publica nititur diſciplina. Et Reinking. *Promi quidem*, ait, *debent eſſe Principes ad clementiam, ſed quantum fert bonum publicum. lib. 2. claſſ. 1. c. 8. n. 67.*

b) Cauſas, quibus Princeps ad pœnarum remiſſionem moveri poſſit, ac nonnunquam debeat, multi multas conſarcinarunt; quarum quasdam nullius, quasdam exigui ponderis, & in uno quidem alterovè delictorum genere, haud tamen in omnibus eſſe valituras, deprehendimus. Summa igitur, hîc, Principis prudentia, maximaque cura opus erit, ut falſas nonnullorum, ac commentas juris Aggratiandi cauſas, à juſtis & legitimis ſegreget, & ſic cognitâ priùs delicti gravitate, probè ponderatâ cauſarum quantitate, ac conſideratâ perſonarum qualitate, illud demum eligat atque concludat; quod neque Reipublicæ damnum, propriæ conſcientiæ maculam, ac privatis injuriam inferat; aut quod maximè verendum, ne divina juſtitia, ob humanæ juſtitiæ perverſam adminiſtrationem, ad juſtam iram totiusque terræ everſionem provocetur. Id quod piè Imperatorem Juſtinianum quoque conſideraſſe *ex Novell. 77.* ſatis liquet. Nos, cum inſtituti ratio non patiatur, ut commentis juris Aggratiandi cauſis enarrandis, ac ad trutinam rectæ rationis revocandis longum immoremur, ex multis, paucas, paucis attingemus. Ac primò quidem conſtat, hiſce cauſis à nonnullis quoque annumerari; ſi reum ad mortem condemnatum puella aliqua vel mulier, poſcat ſibi maritum; aut ſi ipſe paratus ſit meretricem uxorem ducere. Teſtatur namque Barth. Chaſſan. *in Conſuet. Burgund. rubr. des juſtices & droictz d'icelles. §. 5. vers. Sil n'a grace. num. 96.* de generali totius Franciæ conſuetudine, criminoſum ad mortem condemnatum gratiam conſequi, ſi mulier illum, dum ad mortem ducitur, petat ſibi maritum dari. Et idem in Hiſpania admitti & practicari,

ſticari, refert Paris de Puteo *in tractatu de Syndicatu, f. 355. in verb. pœna. vers. an ſi judex. num. 2. in fin.* Beſold. *lib. 2. Polit. c. 2. th. 3. num. 19.* & multis aliis in locis hoc quoque receptum eſſe, ſcribit Buſius *ad l. 26. §. fin. ex quib. cauſ. majores. num. 3.* Chaſſan. quidem *d. l. num. 99.* hanc conſuetudinem non abſque ratione receptam eſſe opinatur, cum condemnato, non minor, ſed major imponi videatur pœna, dando ei uxorem. Attamen ut talis conſuetudo, per ſe impia, ac exemplo pernitioſa, magisque corruptela, quàm conſuetudo dici meretur; quippe quâ & leges divinæ & humanæ facillime eluderentur, & hac via evadendi hominibus improbis patefactâ, eò promptius atque audacius, in nulla non ſcelera ruerent. Ita adducta ratio, ac ſi gravius ſit, uxorem alicui dari, quam furca gladioque puniri, magis ridicula eſt ac impia; quam ut corruptelam illam legitimare, ac Pium Principem, ad illius obſervationem queat adducere. Idem nobiſcum ſentiunt Beſold. *d. l.* Buſius *d. l. num 3.* Et Limnæ. *de jur. publ. l. 4. c. 8. num. 290.* qui inſuper prudenter monet; ſi aliqua contra verecundiam ſexui congruentem, criminoſum & ad mortem condemnatum in maritum petierit; quod potius à judice, ut ab hac deſiſtat interceſſione ſibique honeſtum maritum quærat, adhortari debeat & admoneri. Alteram quod concernit cauſam, ob quam reo ad mortem condemnato, minuendam eſſe pœnam arbitrantur, ſi nempe ipſe paratus ſit meretricem uxorem ducere, æque ut injuſtam ac illegitimam rejicere, haud dubitamus. Nec movent, nos rationes, pro corroboranda ac confirmanda iſtac ſententia, in medium quæ potiſſimùm ſolent adduci; hac nimirum ratione, animam meretricis ſalvari poſſe, dum per hoc matrimonium à meretricia reducatur conſuetudine; & quæ hujus farinæ ſunt aliæ. Etenim quanta vis hiſce inſit rationibus, ſatis oſten-

dit Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 8. num. 189.* ubi tandem ſubjicit: *Quàm vero difficile ſit, ut credam meretricem nuptam, mores quos antea in habitum convertit deponere*, **daß auß einer argen Huren ein fromm Eheweib werde** / *verbis non valeo ſatis exprimere. Idq́; facilius agnoſco futurum, ut quam ante matrimonium meretricem, in matrimonio adulteram habeamus. Et eum quem antequam maritus collo reſtim nunc capite cornua gerere, (& cornutum, Gallis cocu, Germanis* **ein Hanrey** */) vel lenonem eſſe videamus, quam probe vero hæc metamorphoſis Reipublicæ ſit ſpectaculo quilibet æſtimaverit.* Hactenus Limnæus. Quanquam itaque, & hanc conſuetudinem ut impiam ac Reipublicæ pernitioſam merito improbent & rejiciant Anton. Matth. *in tr. de Crim. ad tit. 48. ff. t. 18. c. 5. num. 16.* Beſold. *d. l.* Buſius *d. l. num. 3.* illud tamen haud negare auſim, quod Princeps nonnunquam in pœnis, ſua natura quæ remiſſibiles, & alias quodammodo duræ videntur, ſi aliæ circumſtantiæ & perſonarum concurrant qualitates, ob favorem & honorem matrimonii, leviorem ſeu mitiorem ſententiam reo imponere, ac pœnam ſi non in totum, in tantum tamen indulgere poſſit. Quodq́ue Dnn. Scabini Lipſienſes criminalium rerum peritiſſimi, in pronunciando non ſemel obſervarunt, uti ex illorum reſponſis apud Carpzov. *p. 3. tr. Crim. q. 149. num. 55. & ſeqq.* videre eſt, quorum unicum hic annectere lubet: **Ob nun wol bey einem Rechtsgelehrten in Zweiffel gezogen wird / ob wegen einer ſolchen Vorbitte / einem die** ordinaria pœna, **ſo er ſonſten verwirckt / füglichen erlaſſen werden könne; So wird doch nach gemeinem Wahn der Rechtsgelehrten dafür gehalten / daß** de conſuetudine, **jedoch / wann es mit Vorbewuſt / und gnädigſter Einwilligung der Hohen Obrigkeit geſchicht / eine ſolche Fürbitte nachgelaſſen / und dem Verbrecher / alſo euch gegenwärtigen Gefangenen /** ab ordinaria pœna liberiret **und**

entfreye / er würde aber gleichol auff dem Fall deß Landes ewig billich verwiſen / darauß ihme alsdann vorgedachte Magd / iedoch / wann ſie zuvor mit einander getrauet / und zuſammen gegeben werden / mit weſentlicher Wohnung zu folgen ſchuldig. V. R. W. Et ob eandem quoque cauſam Duces Saxoniæ, lineæ Vinarienſis, relegationis pœnam *Anno 1638*. remiſiſſe, ex ſequenti cognoſcimus Reſcripto, ab amico quodam, Lipſiæ cum ſtudiorum cauſa commoraremur, nobis communicato: Von Gottes Gnaden Wilhelm / Hertzog zu Sachſen / ꝛc. Liebe Getreue / was an uns Hans Ratzenberger / Stadtknecht zu Jehna dahero / daß der verhafften Margarethen Klettin die zuerkandte Landesverweiſung in Gnaden erlaſſen werden / und er mit derſelben ſich verheyrathen möchte / in Unterthänigkeit gelangen laſſen / das habt ihr auß dem Inſchluß mit mehrerm zu vernehmen. Dieweil dann ermeldte Verhaffte / ꝛc. Als begehren wir vor uns / und unſere freundliche liebe Brüder und Gevattern hiermit / ihr wollet ſie nunmehr / gegen einem gebührlichen Urphed / der gefänglichen Hafft erlaſſen / und dem Eheſtande zu Ehren auff freyen Fuß ſtellen / an dem geſchicht unſere Meynung / ꝛc. Nunc ſi porro liceret progredi, cæteræ quoque cauſæ, quarum quam plurimæ, examinandæ eſſent ac ſubjiciendæ: Quas excipere deberet tertium, quod in cauſæ cognitione neceſſario conſiderandum; quibus nimirum perſonis, delicti gratia fieri, & pœnæ promeritæ remitti poſſint. Dicendum inſuper eſſet, de modo ſeu Forma quâ hoc jus exerceri ſoleat; quod nempe vel literis fiat, quas Gratiæ Reſcripta vocamus; vel ſine literis, aut motu proprio, aut ad delinquentium, eorumque amicorum interceſſionem & petitionem. Itemque quatenus remiſſio vel ante vel poſt ſententiam; vel poſt executionem, locum habeat; ac quid in his omnibus & ſingulis veniat obſervandum. Denique hîc diſpicien-

ſpiciendum eſſet, quis omnium finis & effectus, quæque his ſint cognata quæ contraria. Quæ quidem omnia ac ſingula, quamvis in conſcribendo hocce discurſu, præter opinionem, Diſputationis ferè excreverint modum, in præſens tamen ſubjicere, ac publicæ disquiſitioni conſtitueramus exponere. Cæterùm, vicit amicorum, ac præſertim eorum quibus aliquid denegare nobis religio eſt, avocatio; itaque in iter, nobis jam nunc injunctum intenti, hîc filum cogimur abrumpere. Ignoſce itaque, Amice Lector, in jam exhibitis feſtinationi, & in omiſſis moræ; moræ dico, mora tantum eſto. Si enim divina clementia, vitam conceſſerit, cætera quibus ultima tantùm manus deeſt, prioribus proximè adjicientur.

SOLI DEO GLORIA.

CARMI-

I.
CARMINA GRATULATORIA.
Ad
NOBILEM ET PRÆCLARISSIMUM
DN. RESPONDENTEM.

O Seclum! ô mores! hominis frangatur imago,
Imperio atroci, millia multa cadent.
Tollatur domini cæli rutilantis imago;
Ultorem nullum beſtia ſæva timet.
Eſt, qui projectis mortalibus eſſe ſaginam,
Hos voluit luciis aut ſpolium eſſe ſuis.
Tu juris clypeum objectas. Treme beſtia ſæva,
Quæ geſtis domini perdere membra tui.

Benevolentiæ causâ appoſuit
Melchior Nicolai, D. Pro-Cancellarius.

II.
Ad Nobiliſſimum & Excellentiſſimum
DN. RESPONDENTEM,
ANDREAM SCHWARTZIUM,
Hamburgenſem, J. U. Candidatum meritiſſimum,
Amicum in Chriſto Chariſſimum.

FElix cui Domini Lex immutata voluptas,
Ex qua Candoris Juſtitiæque Decus.
Felix ergò NIGER, qui curat Verba Jehovæ,
Quæ NIGRUM NIGRUM dicere ritè docent.

 Non

Non ALBUM NIGRUM, verùm ALBUM dicier
ALBUM;
Juſtitia ut maneat, firma Columna Throni.
ANDREA ἀνδρείως pugna pro JURE, FIDEque;
Pugnabit pro Te fortiter omnipotens.

Mente bona

Johann-Ulricus Pregitzer, D.

III.

Præclariſſimo Viro,

DN. ANDREÆ SCHWARZIO,

Patritio Hamburgenſi,

JURIS UTRIUSq; CANDIDATO PERINSIGNI

Omnem felicitatem precatur

THOMAS LANSIUS.

P*Ace tua dicam* Schvvarzi, Non es niger: *Imo*
Candoris radiis totus ubique nites.
In queis conſidunt, magnis miracla theatris,
Euſebie, Sophia, & Suada, Thalia, Themis.
Unde etiam Patriæ & Genti nova gloria ſurget;
Exemplum albicolis illa futura tuis.
Nec leve momentum eſt Numatio: Tot ſed Amici
Quam longe cunctis prægrediuntur opes!
Ex his BRODERUM PAULI tibi gratia junxit;
(O nomen cordi dulce vetusque meo!)

Quo

Quo nunc non floret Juriſconſultus ad Arcton
Major, nec vero dignus amore magis.
Dii, precor, Hamburgi votis Nymphæque favete,
Ut Civem ac Sponſum mox videant reducem:
Fortunate diem, quo virgo hilarabit ocellos,
Dilectoq; dabit gaudia mille ſuo:
Quo chara ſocii properabunt obviam, & una
Vox erit hæc paſſim, SCHWARCIUS ECCE VENIT!

IV.

GRatia grata, tuo merito quæ debita *Schvvarzi,*
Non eſt, de qua jam diſſeris egregiè.
Quam tibi non crimen, Pietas ſed, claraque Virtus,
Magnaque Doctrina, ut præmia conciliant.
Scilicet ut fulvo ſplendeſcit Jaſpis in auro;
Sic tua cognitio cum pietate nitet.
O ſuaves charites, Divas caſtasque Sorores,
Oſcula quæ præbent dulcia, blanda ſibi.

Amici affectus ergo appoſuit

Johannes Wurmſerus, D.

V.

G*Ratia Juſtitiæ rigidam quâ temperet urnam*
Et Rhadamanthæas mitiget arte minas,
Schvvartzius *effari didicit, qui è divite gaza*
Doctrinæ promit nobilioris opes.
Hactenus applauſum meruit virtute bonorum,
Nunc calamo fontes obligat ille ſibi,

Di-

Dignus, qui facilem monſtrat miſcere ſevero,
DOCTORIS titulo, JUDICIS officio.

Nobili & Clariſſimo Dn.
Candidato gratulabundus accinebat

Henricus Schmidius, Prof. Acad.

VI.

SUadet Amicus Amor Theſibus poſtponere carmen.
Verùm animi exſuperans, vota retentat Amor.
Lemmata docta tamen, dum nil niſi, GRATIA, clamant,
Cur veniam mutus non ego promerear?

Suo Intimo ſ.

Sellingerus.

FINIS.